

2737

R
2878

Euripides.

τῶν δίλων κεμένων ἐυκέμενος.

17

S

R V.
206

CASTIGATIONES

seu emendationes Pharmacopolarum, siue Apothecariorum, ac Arabum Medicorũ Mesuę, Serapionis, Rasis, Alpharabij, & aliorum iuniorum Medicorũ, A domino Symphoriano Campegio equite aurato, ac Lotharingorũ Archiatro in quatuor libros ac Tomos diuisæ: in quas quicquid apud Arabes erratum fuerit summa cum diligentia congestum est.

* Liber primus de simplicibus medicamentis, quo docentur errata Seplasiarum & Pharmacopolarum, siue Aromathariorũ, ac recentium Medicorum, Additis eorundem confutationibus.

* Liber secundus in quo continentur Castigationes in Antidotarium seu Grabadin Ioannis Mesuę, Nicolai, Serapionis, ac aliorum recentiorum Medicorum.

* Liber tertius est de ingenio curandorum corporum per medicinas laxatiuas.

* Liber quartus complectitur curationes ac remedia ægritudinum principaliũ humani corporis. ¶ Quibus adiungitur Officina Apothecariorum, & iuniorum Medicorum.

¶ Item de Phlebotomia siue sanguinis missione, & præsertim in Pleuritide, ex opinionibus Græcorũ, quorum dicta in plærisq; nõ intellexerunt Arabes.

¶ Item de vinis febricitantium ex traditionibus Græcorum, Arabum, Pœnorum, ac confirmationibus sacrarũ Literarum.

Tartu Riikliku Ülikooli Raamatukogu

BIBLIOTH: ACADEM: DORPAT:

Catalogus Authorum quorum teſtimoniis paſſim Campegius utitur.

Poetæ	Oratores.	Medici græci et Latini.	Arabes, & Pœni.
Homerus.	Cicero.	Hippocrates.	Auicēna.
Virgilius.	Columella.	Galenus.	Auerrhous.
Horatius.	Strabo.	Aſclepiades.	Vtercꝫ Haly.
Heſiodus.	Plutarchus.	Archigenes.	Auenzoar.
	Hermolaus.	Antonius Muſa.	Alpharabius.
	Marcellus.	Aeſculapius.	Raſes Pœnus.
	Petrus barotius.	Antilus.	Serapio.
	Stephanus aqueus eques auratus Gallus.	Themiſon.	Meſues.
		Cornelius Celſus.	Iſaac.
		Dioſcorides.	Conſtātinus
		Plinius.	
		Oribaſius.	
		Paulus Aegineta.	
		Alexander aphrodiſeus.	

Catalogus neotericorū Medicorū.

Itali.	Galli.	Germani.
Petrus aponenſis.	Gordonius.	Rodolphus agricola.
Montagnana.	Guido de cauliaco	Leonardus fuchſius
Mundinus.	Iacobus de partibus.	Philippus ulſtadius
Simon ianuenſis.	Tornamira.	noricus.
Platearius.	Ruellius.	Ioannes guinterius.
Syluaticus.	Copus.	Humbertus barlādus.
Herculanus.	Petrus Briſſotus.	Hermānus Cruſerius Campenſis.
Sauonorola.	Iacobus Syluius.	
Nicolaus.		
Alexander benedictus.		
Manardus.		
Leonicenus.		

4-VA
13563
152157581

Clariſſimo atcꝫ undecuncꝫ doctiſſimo, & in primis obſeruādo D. Franciſco a Turnone Bituricen. Eccl'iæ Antiſtiti, Aquitaniæ Primati, Sanctæcꝫ Romanæ eccleſiæ Cardinali Symphorianus Campegius Lugdunēſis Lotharingiæ Principis Archiatros S. P. D.

VMMECVMTAcitus multum ac diu oppidoquam Reuerende Præſul cogitarem, non modo intemperantis eſſe hominis, ſed & inuidi maleuoliqꝫ ceſſare, ubi mortaliū generi prodeſſe poſſit: & tegere, diſſimulareqꝫ ea quæ diuino munere ſit ipſe conſequutus, nihil ex his cū tineis & blattis diutius rixari uolui, quæ elucubraui magna cū diligentia, cum tecū eſſem una cū nepote meo Ioāne Campegio, ac cum Ioanne Paruo Valenſolano doctore, uiris artis Apollineæ doctiſſimis. Tū em laborabas quartana, quæ in omneis tui corporis parteis acer-

Ioannes Cāpegius. Ioannes paruus.

rime graſſabatur. Et quãquam permultos conſuluiſti præſtantiſſimos Medicos, nullius tamen ope eo morbo potuiſti ſolui: licet uiri illi rerũ prudentiſſimi prætermiſerint nihil, quod artis eſſet. Placuit tãdem & tui Cãpegij quid ea in re ualeret induſtria experiri. Ad te igitur adcitus me contuli: Medicorũ haud quaquam proletariorum te corona cinctum offendi: quibus cum huiuſce morbi cæcas diſquiſiuimus cauſas: atq; inibi unam aut alteram (multis uerbis ultro citroq; habitis) horã conſumpſimus. Sed nos illic dies compluſculos morbus ille diuturnior, cuius radices non tam facile reuelli poterant, remoratus eſt. Et quoniam omnino ſemper aliquid agendum duximus, cum alij tempus illiteratis fabulis tererẽt, alij latrunculis animi cauſa luderẽt, malui de noſtris ſtudijs aliquid, de meo more, animo uoluere: quod poſtea mãdatum literis, exiret in communem ſtudioſorum utilitatẽ. Itaq; ſeriam id temporis adgreſſi ſumus commentationem: nobiſq; in primis uiſum eſt Arabũ, Pœnorum, & Mahumetenſiũ in Medicinis errata retegere: quæ

Barbarorum ĩ medicinis errata.

hactenus incognita, magnam humano generi adtulere pernicie. Multi em̃ Medicorum qui ſibi pulchre docti uidentur, noxia illa Arabum, Pœnorum, & Mahumetenſium in Medicinis placita pro ſalutaribus amplectentes, multos mortalium, non ſine magna ſui nominis iactura, morti dederũt. Et quoniã pharmacopolas oportet Medicorũ præſcripta fideliter exequi, aliter em̃ fruſtra ægroto ſpem ſalutis facit Medicus: neceſſe eſt pharmacopolas nullius eſſe pharmaci uacuos: alioqui ſi adulterinũ loco ueri ſubſtituũt, aut pharmacum pro pharmaco (quod plærũq; ſolẽt) ſupponũt: & fraudi ſunt Medicis: ægrotis uero grauem adferunt noxam. Quare Annotamenta quædam pharmacopolis admodum utilia retulimus in literas: quam pharmacopolarum officinã maluimus adpellare. Quæ omnia tuo nomini dedicamus: non quod rem tantillam tantæ & uirtuti, & fortunæ conuenire arbitrer: ſed quod in publicum prodire ſine patrocinio nolebat hic liber. Te igitur potiſſimum elegit, in cuius adpareret nomine: Nomẽq; tuum ſibi inſcripſit, quo &

Multi medici multos mortaliũ necãt.

Officina pharmacopolarũ.

tutior foret, & honestior. Et quanquam me ista tam excellens amplitudo, dignitasq; deterrebat: tua tamen incredibilis humanitas erexit: nam licet sis undecunq; doctissimus: non tamen ut Hadrianus ille græce latineq; impẽse doctus qui in Romano imperio Traiano succesſit, doctos alios uiros rides, contẽniſq;: sed potius tu doctissimus, uel mediocriter institutos amas, colis, obseruas. Tua igitur nulli non perspecta humanitate fretus, nihil dubitaui hunc tibi nũcupare libellum: quando ab hominibus fortunæ uel tenuissimæ oblata, hilari fronte, obuijsq; manibus soleas adcipere, nõ rem, sed dantis animum atq; uolũtatem expendens. Rogabis fortassis, quid te patronum hic libellus potissimũ elegerit: nẽpe quod disciplinarũ omniũ fastigium tenes: summis perfunctus es honoribus: tuaq; in literis tanta est authoritas, ut nulla maior possit esse. Voluit præterea mei apud te memoriam renouare, declarareq; me tibi ob tua in me permulta minimeq; uulgaria beneficia, hominẽ esse deditissimũ: in tuo sperantem patrocinio: dantem deniq; operam, ut

Hadrianꝰ Impator.

animum fidemq; meã tibi probem, Tibi inquam uiuæ uirtutis imagini, qui non sine optimis causis ad tam excellentes honores prouectus es: qui non tibi, sed ipse illis potius magno es ornamento. Sed quis te miretur uirtutis tãtopere studiosum esse, quæ tui generis radicibus (ut aiunt) est incocta: Est profecto magnum uirtutis adiumentũ bonis clarisq; ortum esse parentibus. Solẽt enim iuuenes qui aliquid indolis habẽt, ne degenerare indeantur, maiorũ suorum dignitatem æmulari: & ad paternarũ laudum adspirare felicitatẽ. Sic Philippi nomen Alexandrum, sic Iulij Cæsaris fama Octauium excitauit. Sic deniq; Pyrrhus Achilleides erat animosus imagine patris. Te quoq; pater amplissime, & si Deo, naturaq; ducente, tuisq; adnitentibus studijs uirtutem complecteris & amas: nõ parum tamẽ maiorum tuorum faciunt imagines, quorum mores æquare & uirtutem, ut maxime arduum, ita pulcherrimũ & maxime laudabile. Verum maiores tuos non modo æquasti, sed etiam audendo agendoq; crescens, illustrasti. Et licet de te, tuisq; maio-

Philippus Alexãder. Cæsar. Octauius. Pyrrhus.

ribus arrogãtis ſit dicere, cum ex copia materiæ perorare nõ liceat: ingrati tamẽ eſſet tacere. Quare breuiter hac epiſtola cõplectar quid apud reconditos, ſed idoneos tamẽ authores de Turnonis urbis authoribus tuiſq; maioribus inuenerim. Orta eſt igit nobiliſſima hæc Turnonia familia (quod a celeberrimis ſcriptoribus memoriæ prodi-tum eſt) a Meroueo & Clodio priſcis Frãcorũ Regibus. Arx uero Turnonia, ut tradit Dionyſius Halicarnaſſeus lib. i. citans Herodotum, a Turrheno cõſtructa eſt: qui ad plagã ſeptentrionalẽ ueniẽs, ibi cõſedit, habitauitq; : & ædificauit nobiliſs. urbeis quæ adhuc extant: in Gallia Aquitanica Turonenſem urbẽ, in Gallia Lugdunẽſi ad orã Rhodani Turnonẽ. Myrſilus uero grauis author ad hanc ſcribit ſententiam. Turrhenis quidam originem ſuſpicantur eſſe a Lydis. Et paulopoſt. Turrhenus inquit, filius Atus in ſeptentrionalem plagam ueniens, eius totã medietatẽ a fontibus uſq; tenuit. Et quia uetuſtiſſimos Turrhenos aſſeruit Myrſilus, probat per id antiquiſſimos Italiæ populos exiſtimari Vmbros iuniores:

Turnonis vrbis authores, & dom⁹ turnoniæ.

Meroue⁹ & Clodi⁹ Francorũ reges.

Dionyſi⁹ halicarnaſſeus.

Herodot⁹ Turrhen⁹

Turonenſis vrbs. Turnon.

Myrſilus

Turrhen⁹ Atus.

Myrſilus. Vmbri.

quod etiã aſſerit Plinius li. iij. Ca. XV. His igitur antiquiores fuerũt ꝓgenitores eorũ Galli Ianigenæ, qui Turonenſem urbẽ, & Turnonẽ aureo quidẽ ſæculo, ædificarunt. Turrheni filius fuit Titus, Titi uero Volturrhenus. Beroſus uero Chaldæus tradit Iano tres fuiſſe filios, Iapetũ, Athlantẽ maximũ, & Cameſem. Athlãti maximo Ion, pater Itali: Cameſi uero Oſiris, Pater Herculis ægyptij, qui pater fuit Atus Turrheni patris, a quo Turonenſis urbs, & Arx Turnonia cõſtructa. Alij uero nõ pœnitẽdi authores Turnoniã domũ a Rutulis originẽ traxiſſe adfirmant: nã teſte Liuio, primo ab urbe cõdita, Turnus Rex Rutulorũ cui pacta Lauinia ante aduentũ æneæ fuerat, prælatũ ſibi aduenã ægreferens, æneæ ſimul & Latino bellum intulit. Victi Rutuli, rebuſq; diffiſi, ad florentes Hetruſcorum opes confugerunt. Turno igitur ſuperato, Rutulis delectabiliora Galliæ loca perquirentibus, cũ eo ueniſſent, ubi nunc Turnon urbs florentiſſima ſtat, conſpecta loci amœnitate, commoditateq; eam urbem conſtruxiſſe, Turnonemq; a Turno adpellatam uolunt.

Plinius.

Galli ianigenæ.

Titus.

Beroſus chaldæus.

Ianus.

Iapetus.

Athlas.

Cameſes.

Ion.

Italus.

Oſiris.

Hercules ægyptius

Atus.

Rutuli.

Liuius.

Turnus.

Lauinia.

æneas.

Hetruſci.

Turnon.

Quod non abs re dictū uidetur: nam inibi nonnullæ uetustissimæ ruinæ, magnum uetustatis indiciū, uidentur. Nec desunt qui dicāt Turnonem a Marcomiro Francorū oriētalium Rege, cuius ad Troianos, præcipue ad æneam origo refertur, extructam esse. Cæterum Marcomirum non primum fundatorem, sed potius instauratorem receptissimi tradūt authores. Verū emuero nō antiquitate modo, aut loci bona temperie, quod natura præstitisse uidet: sed optimis consultissimisq; uiris, quorū ibi magna est copia, laudem gloriamq; nō uulgarē Turnonia Ciuitas cōsecuta est. Cōstat em tum Annalibus Lugdunēsiū, tū luculentis aliorū scriptorū historijs Iustū, Viatorēq; Lugdunēsis Ecclesiæ Pontifices, ex Turnonia domo originem traxisse, & in Deorū numerum relatos. Fuit autē diuus ille Iustus a Turnone, miræ sanctitatis, propheticiq; spiritus uir: qui ī ægypto obijt: sed eius corpus cum beati Viatoris eius ministri reliquijs a religiosis ciuibus Lugdunum relata sunt, & digno cultu in Basilica a maioribus tuis extructa cōdita sunt. Hīc ex Turnonia

Marcomirus Frācorum Rex. Troiani.

Sāctus Iustus. Sāctꝰ Viator.

Diuus Iustus ī ægypto obijt. Templū diui iusti Lugduni a Turnonia familia extructum fuit.

familia qui rerū potitur Iustus solet adpellari. De ducibus ꝯo, & alijs rei militaris peritissimis, strenuisq; uiris Turnoniæ familiæ, qui regno Franciæ magno fuerunt usui satius est tacere, q̄ pauca dicere, præsertim cū id epistolaris breuitas nō patiatur. Sed satis erit fratris tui Iusti a Turnone meminisse magnauimi uiri, qui apud Ticinum una cū Galliæ Mareschalo a Chabanis, uiro strenuo, ac cum illustrissimo Comite a Tremolia, in prælio non uictus, sed uincēdo fatigatus occubuit, lōgeq; a suis ītер hostiū cadauera repertus est. Apud Partheopē uero paulopost cecidere duo eiusdē Iusti filij in bello strenuissimi, apud Gallos nominatissimi. Sed de his nō plura. Demētis em esset ægeū uelle sutili nauigio sulcare. Nō potui tn oīno tā generosæ familiæ de me optime meritæ laudum partē rerum amplissimarū certe minimā silētio prætерire. Quæ igit tibi dicamus in barbarorū ac Mahumetensiū Medicorū errata, inspicito. Nō enim multis admodū paginis cōtinent, ut possint plurimū occupata tua tempora longiore sermone detinere. Quod cū facies, spero futurū, ut non

Ticinum, maresclalus a Chabanis. Comes a tremolia.

Partheope. Filij Iusti a turnone Antonius & Ioānes.

mei apud te memoria penitus obsolescat. Vale felix, feliciterq; ānos Nestoreos uiuas: & nos amore prosequere; & inter tibi dedi-tissimos admitte.

De sectis Medicorū Campegiana traditio. Diuisio prima.

Et quoniam de sectis Medicorum incidit mentio: non incongruum mihi uidetur eos huc in mediū afferre. Tripertiti igitur nūc sunt: quidam Græci, alij Arabes, Tertij Latini; & sic triplex forma medendi.

Græci in diuersas curandi uias processerunt: Hippocrati causas morbi originalis uidetur esse in spiritu siue flatu, quem morborum omnium patrem & auū adpellat. Herophilo in humidis omne uitiū uisum est. Asclepiadi uero placuit originem ægritudinum esse, si manātia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudāt, & meatus obthurēt. Erasistratus em̄ cibos atteri in uētre cōtēdit. Hippocrati placet per calorē cibos cōcoqui: quod Galenus cōfirmat. Multi

apud Græcos fuerūt Medici: sed in scriptorum controuersia imitandos esse meliores Galenum, & Hippocratē primos summosq; fuisse. Si duces sūt sequēdi, ducē omniū Hippocratē, Galenum apud me esse qualis Hector Paridi.

Arabes Auicēnam uniuersæ Medicinæ principē statuūt: ac omnia quæ idem scripsit, sine ullo rationis examine pro uero admittunt, adeo ut non immerito quis sortem humanam deplorare posset, q; tot sæculis mirum in modum sub Auicēnæ placitis periclitata sit. Galenum, & Hippocratē primos, summosq; fuisse: eadem semper mecum ponderanda esse uota, nō numerāda: hos fuisse inuētores, Arabes adgregatores: hos naturæ & operū artis inspectores, alios librorū ab his scriptorū, eorū fidei nō derogare: nā Auicennā feciſſe se Galeni ītерpretē, Rasi Galeni uerba pro ratione haberi: eo loco apud eū esse, quo Pythagoras apud suos discipulos.

Nunc ad Latinorum scriptorum testimonia ueniendū est. Adferūt primo Antonium Musam Augusti

Medicũ. Citãt & Cornelĩũ Celsũ, Oribasĩũ Iuliani Imperatoris Archiatrũ. Citãt & Plinium, ac Serenum Samoniacũ. Sed si aliquã do duces sunt sequẽdi, ducem omniũ Antoniũ Musã, Celsum apud me esse qualis Hector apud Paridẽ Nasone dicente, Omnia si dederis, nũq; dabis Hectora fratrẽ: Vnus hic innumeri militis instar erit.

Christianorũ Medicorũ sectæ. Diuisio. ij.

ATticissãtes omnia aut plurima aliorum sensa reprehẽdẽtes, nihil quod in Galeni, Hippocratis, Pauli æginetæ, uel Oribasij hortis non reperiatur, approbãtes, nihil ꝓfecto inquiũt, in uita humana periculosius, nihil tã pestilẽs atq; noxiũ, q̃ teneras mẽtes his imbui, quæ operæ pretium fuerit aliquando dediscere: hinc est quod Timotheus clarus in arte tibiarum (Quintiliano teste) a discipulis parũ apte prius edoctis geminã quoq; mercedẽ exigebat: unã quidem, ut bona artis doceret, Alterã ut dedoceret ineptias. Optima uero sibi discenda proponent, si magis e fontibus, q̃ lacunis, e Græcis, q̃ Arabibus, ex ueteribus q̃ iunioribus hauriendam saluberrimã hãc

artẽ duxerint: nam apud illos pura omnia, erudita, ac cum summo delectu iudicioq; de prõpta, adeoq; nihil quod Aristarchi uirgula dignũ sit, offendẽt. Apud Arabes aũt præter ĩcõditã quãdã & ĩeptã dictionẽ, linguæq; balbutiẽ nõ modica sunt (sicut ex ijs nostris castigationibus cõstabit) quæ multis obelis digna sunt, ac plus q̃ a ueritate dissidentia.

AVicennistæ siue Arabum doctrinã amantes, omnia aut plurima aliorũ documẽta reprehẽdẽtes, nihil quod in Auicẽnæ, Rasis, Isaac, Alpharabij, Serapionis, Mesuæ, Auerrhoi, uel in utriusq; Haly campis non reperiatur, approbant: sed profecto cum Plinio dicimus Libro. xxix. ca. i. nullum esse in Medicina mẽdacio periculum maius, quando in ea uel minimũ erratum citra uitæ humanæ detrimentũ esse nequit: cõmode me facturum duxi, si Arabũ ac recentiorum Medicorum errores, & eos quidem præcipuos: nam omnes quis posset in unum uolumẽ colligere? Neq; temere me facturum existimaui, de tot celebratis uiris iudicare, cum ueritate ipsa nihil habeam antiquius. Præterea ex istis satis apparet recen

tiorum,ac Arabum opinionē ex diametro cum optimorum ueterumq; Medicorū placitis pugnare,adeoq; hoc nomine merito a doctis damnandam.

Neotericorum sectæ duæ,Latinorum,& Barbarorum. Diuisio tertia

LAtini medici sunt qui Hippocratē,& Galenū Pergamenum primos,summosq; Medicos insequūtur: quales fuere Alexander Benedictus nostri amātissimus, Nicolaus Leonicenus in omni disciplinarū genere doctissimus,Guillelmus Copus olim familiaris noster,ac amicus singularis.Ruellius,Linacr⁹, Laurentianus, Leonardus Fuchsius, Ioannes Manardus, Humbertus Barlandus, Otho Brunelsius,Iacobus Syluius,Ioannes Guynterius.

BArbari Medici sunt qui Auicēnā, Rasim, Serapionē, utrunq; Haly, Mesuen tanq; medicinæ principes magnificant: quales fuerūt Petrus Aponēsis,Fulginas Gentilis, Iacobus de partibus, Mōtagnana,Sauonorola,Cermisonus,Guarnerius ,Matthæus a gradi, Gordonius,Nicolaus,

colaus,Arnaldus a Villanoua,Christophorus de honestis,Girardus de solo,Girardus Cremonensis.

Barbarorum Medicorum duæ sectæ,scholastici & sophistæ.

Diuisio quarta.

SCholastici siue morosi ueteris insciticæ sunt propugnatores,barbarieiq; sordibus cōtaminati:quibus certe multo iustius asini auriculas Dij dederint, q; Midæ: repertis enim frugibus glandem defendūt:nec cum gryllo in hominem redire uolūt,ut quibus in sterquilinio Suum uersari perpetuo placet.

SOphistæ Medici sunt qui per paralogysmos , & argutas argutias mortes agunt:blandos namq; sermones,egregias nugas,Thrasonicā iactantiam , magnificam pompam, anulos multos,& quicquid est effœminatorū morum si detraxeris,nō Medicos,sed meros carnifices,sutoresq; deprehendes.

Duplex Medicina, et si Galenus triplicem esse uoluerit: unde Ausonius.

Triplex quoq; forma medēdi,Quæ

logos & methodos, cuiq; experiẽtia nomen. Sed Methodica recessit ab usu.

Diuisio quinta.

Dogmatici sunt medici quibus sunt sua decreta seu placita, sine quibus nulla secta consistere potest: hos maxime ꝓbat Galenus: cũ Hippocrates, & Diocles, Caristius, & Herasistratus logicẽ hæresin, id est rõnalem, & dogmaticã sectã sectati sint: duo potissimũ dogmatici in prę cipuo honore habiti sunt, Hippocrates & Galenus. Hippocrates Cous tẽpore Artaxersis claruit apud Athenas, & quæ a priscis obscuris inuoluta parabolis tradita fuerãt, eduxit in lucem. Galenus uero Suida teste sub Marco Antonio, Commodo & Aelio Pertinace uixit. Iam Dijs bene uolentibus pharmacopolarũ, recẽtiorũq; medicorum errata ex ordine recẽsebimus: primumq; ea quæ ad hærbarũ, ac materiæ medicæ notitiam spectãt: nisi enim earũdẽ exactã cognitionem quis tenuerit, alia pro alijs remedia exhiberi continget.

Empirici in usu tantum, & experimẽtis medicinã posuerũt, perinde ac usus in curatiõibus sicut in cæteris omnibus artibus fit magister efficacissimus: & tales Empirici improbãtur a Galeno, qui ait Herophilum, & Philippũ in primis experientiæ sectatores extitisse: quidã ab experimẽtis Empirici, ut Serapiõ, & Apollonius & Heraclides: hinc & innumeræ sectæ fluxerunt, sentẽtiæ multiplices: hinc illæ circa ægros miseræ cõcertatiões, nullo idem censente, ne uideatur assertio alterius: hinc illa infelix monumenti inscriptio, turba medicorũ se perijsse: & Hadrianus imperator, ut author est Dion, moriens dixit, Medicotũ turba principem perdidit: cui concinit uersiculus ille apud Græcos, multorum Medicorum introitus me perdidit.

De excellentia rationalis ac dogmaticæ medicinæ, & de uarietate & incõstantia Empirices. Diuisio sexta.

Logicæ uel ratiõalis latinæ professores, ut inquit Celsus, hæc esse necessaria proponũt. Abditarum, & morbos continentium causarum notitiam. Deinde euidentium, post hęc etiam naturalium actionum, nouissime partium interio-

rum: inde Logicus medicus, qui & dogmaticus dicit: hæc enim Medicina res est sacra. Et ut Solomonis sentẽtia testat, omnis medela a Deo est. Ideoq; saluberrime sapiẽtissimus ille prẽcipit Medicum honorandum esse propter necessitatẽ, cum illũ altissimus creauerit. Nãq; Hippocrates ille maximus Medicor̃ ob depulsam arte medica pestilẽtiam ex Illirico in Græciã ueniẽtẽ, honores illos meruit a Grẽcis, quos Herculi decreuerũt. Homerus antiquissimus author de Medicis sic inquit. Vir Medicus multis alijs ẽquabitur unus. Gẽtiles prẽterea huius artis authores Deos fuisse uolunt. Confirmauit hẽc Hippocrates Cous in Epistola ad Abderitas, Medicinã esse dicẽs Deor̃ munus, atq; liberam. Et ad Philemonẽ ait. Medicina uaticinio propinqua est: duarũ enim artium unus est parens Apollo.

INter Empiricos prope maior ẽq; inter milites, & Magos, ac Arios los pugna est, atq; contentio: illorum dogmata infinita, sententiæ multiplices. Hinc illæ circa ægros mirificæ cõcertationes, nullo idem censente: ne uideatur adsertio alterius: hinc illa infelicis monumenti inscriptio, turba Medicorum se perijsse. Nequeo mihi tẽperare, quominus Plinianã illa percenseam ad hoc totum negotyum mire faciẽtia, quibus luculẽtus ille scriptor in Empiricos perorãs asserit nullã artẽ incõstantiorẽ fuisse: nec dubium esse, Empiricos omnis scientiæ famam nouitate aliqua aucupantes animas nostras statim negotyari: addiscunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt. Medico Empirico tantũ hominem occidisse summa impunitas est: quinimmo transit in conuitiũ, & intemperãtia culpatur: salubriterq; Portius Cato creditur Empiricis interdixisse. Cuius oraculo cõcludam hanc de Empiricis disputationẽ. Sunt aũt Catonis uerba. Quãdocũq; gens ista suas literas dabit, oĩa corrumpet, tum etiã magis, si Medicos suos huc mittet.

Quãtũ sit laudãdus Dogmatic⁹ Medic⁹ & rõnalis: quãtũ ꝟo sit uituperãdus Empiric⁹ & Irrõnal⁹. Diuisio. ꝟ ij.

MAgi sacris oratiõibus, ratiõibusq; purgandum esse ægrotãtis animũ, prius ẽq; corpus existimabant: quia

uidelicet huiusmodi ars & diuinitus acce-
pta est, & diuinitus exercetur. Atq; animus
ex Deo, corpus pendet ex animo: nõne Ra-
phaelem Archangelum Hebræi uolunt hu-
ius artis opus exercuisse? Hanc igitur artem
utpote nobilissimã Reges meditari, & ex-
ercere quondã nequaq; dedignabant. Me-
dicinæ aũt dogmaticæ origo, siue Hebræos
sequaris, siue Græcos, Aegyptiosq; theolo-
gos ab ipsa diuinitate manauit: nã Hebræi
primũ humani generis parentẽ Adam eam
diuino lumine sapientiã adeptum asserunt.
Secũdũ uero Aegyptios Apis Aegyptiorũ
Rex reperit. Græci uero Apollinẽ ab hoĩm
Deorũq; parente Ioue illã suscepisse uirtutẽ
ad humani generis salutẽ tradidere: qui de-
inde Esculapio reuelauit. Qui uero eos se-
cuti sunt, & innumeri pene reperiuntur, &
apud nostros adeo noti, ut prolixiori narra
tione nequaq; indigeant.

EMpirices, id est experientiæ secta-
tores extitisse ferunt Herophilum,
& Philippũ. Item Archigenes, &
Themison partim Empirici, & partĩ Me-
thodici fuere: de quibus opinor sensit Saty-

rographus scribens. Aduocat Archigenen,
onerosaq; pallia iactat. Itẽ, Quot Themisõ
ægros autũmo occiderit uno. Fuit & Prodi
cus, qui instituit Iatralepticen, id est unctua
riã: hinc innumeræ sectæ fluxerũt, dogma-
ta infinita, sententiæ multiplices. Atqui di-
cet quispiam, uidemus cotidie multos mor-
bis grauissimis implicitos auxilio Empiri
corum conualuisse. Quibus respõderi bre-
uiter possit illud Ausonij. Euasit fati ope,
non Medici.

Duo Medicorũ rationalium & Me-
dicinarum genera sunt: unũ quo exte-
rior, Alterum quo interior homo cu-
retur.

Diuisio octaua.

NEq; sine animo corpus, neq; sine
corpore animus bene ualet in uita.
Quippe meminisse debet naturã
in nobis animam cum corpore spiritu me-
dio coniunxisse: corpus quidem medicinæ
remedijs curatur. Spiritus (qui aereus san-
guinis uapor est, & quasi quidã animi, cor-
porisq; nodus) aereis quoq; odoribus, so-
nisq;, & cãtibus temperatur, & alitur. Cor-
poris morbi iccirco incurabiles plurimi

sunt:quia natura quæ corporalis Medicinę magistra est,Dei comparatione res manca est.Medicorum etiam naturalium nonnūq̄ conatus inualidus:quia teste Coo Hippocrate,Vita breuis,ars uero lōga,tempus acutum,experimētū fallax.Corporis morbum in alio minus deprehendimus: ac animi uitiū in alijs,magisq̄ in nobismetipsis perspicimus.Hinc illud Persij:Vt nemo in se tentat descendere,nemo.Sed prędedēti spectat mātica tergo.Nec dixerit quispiā Medicorū artē circa ipsum corpus dūtaxat uersari.Siquidē Phœb⁹(ut ī epistolis Hippocratis legit)animi atq̄ corporis curationē coire ī unū arbitrabat:unde apud Aegyptios iidem erant Sacerdotes,& Medici.

Hippocra.j. apho.

TNimus tāq̄ diuinus diuinis Theologiæ mysterijs expiatur: itaq̄ nō minus ex animi,q̄ corporis uitio (Platone authore)morbi exoriūtur.Quo fit,ut idem in Charmide Plato nō sine anima corpus esse curandum,sicut nec sine capite oculos consulat.Inde & id obseruatum aliquando fuisse apud Aegyptios sacerdotes comperio,unam eādemq̄ facultatē fuisse pharmacis,fidibus,& mysterijs occupatam.Itaq̄ uidendū est prius q̄ ad curam ueniamus,e corpore,an ex animo nascatur infirmitas.A causis enim incipiendū,ut arboris interitus nō ex ramis,sed ex radice petendus est.Medicus animarū est Deus:cuius opera sunt perfecta:animæ morbus incurabilis est nullus:unde Seneca inquit.Nunq̄ sera est ad bonos mores uia.Apud Platonē uirtus est animi sanitas, ægritudo uitium: uirtus bona consuetudo,uitiū uero mala.

Medicorū fratrū Euphorbij, & Antonij Musæ comparatio. Diuisio nona.

FElix duorum profecto fratrum copula, qui humanam rem uiuentes tantopere illustrauerint,fecerintq̄ ambo quod æternum laudent, & meminerint posteri:ille restituta principi,cui uolentes toto orbe oēs parerent,salute:qua nihil felicius ad pacem & gloriam tunc erat:hic pluribus morbis nouo & ad eā diē incognito remedio quod īuenit,certiore nobis oblata salutis spe.Et mirabitur aliquis quod Homerus cecinit,Pro multis inter hoīes Medicum hominem censeri oportere.Laudan-

tur a Poetis Castores, qꝫ uiuẽtes uirtute sua, posítaqꝫ illis templa, erectæ aræ, Instituta sa cra, diuinicꝫ honores famam eorum & glo riam auxerunt. Sed Medicorum fratrum Euphorbĩj, & Antonĩj Musæ non compa randa laudibus omnia illa sunt, quas alter in romana, Alter in medicæ materiæ historia inuenit: illa enim iampridem perierunt: hęc uero quãdiu Romanę dignitatis, fortunęcꝫ nomen seruabitur, & curari in morbis ho mines oportebit, cotidianis laudum incre mentis augebuntur. Debuerunt quondam Augusti Cæsaris salutem Romani, totocꝫ orbe gentes omnes Antonio Musę Medi co: cum distillationibus iocinore uitiato ad desperationem redactus, contrariam & an cipitem rationem medẽdi necessario subĩjt: quia calida fomenta non proderant, frigi dis curari authore quem diximus Medico coactus. Debet & Iuba Mauritaniæ Rex Euphorbio fratri eius salutẽ suã: & præter eam inuentam diligẽtia hominis in Athlan te monte Euphorbiũ arborẽ, cuius liquore toto orbe gentes omnes ad medicinã uten rentur, celebrauit.

Habes candide lector in hoc Indice secũdũ Alphabeti serie digesto, non omnia quæ in his libris con tinentur, sed quædam magis selecta, & quæ pharmacopolis nostris cognitu rara sunt. Tu eo candore legas, quo egoipse, vt tibi minus esset laboris, collegi, & vale: nosqꝫ symphoniace ama.

De litera A.

Amomum quid sit. libro primo. capite quarto.
Acorus an reperiatur. libro. j. capi. xj.
Ambra quid sit. lib. j. cap. xxxij.
Acasia an reperiatur. lib. j. cap. xxx.
Aloes quid sit. lib. j. cap. lj.
Agaricus quis bonus. lib. j. cap. l.
Asphalton quid sit. lib. j. cap. xxxiiij.
Aloes lignum siue agalochon. lib. j. cap. xxxvij.
Aqua pro oculis. lib. iiij.
Anginæ remedia. lib. iiij.
Aschmatici cura. lib. iiij.
Arquati morbi cura. lib. iiij.
Auicennæ errata. lib. j. cap. xlvj.

De litera B.

Balsami natura. libro. j. capi. j.
Bdellium an reperiatur. lib. j. cap. xxvij.
Borrago & buglossa, idem. lib. j. cap. xlviij.
Bitumen iudaicum quid sit. lib. j. cap. xxxiiij.
Bombyx quid sit. lib. j. cap. xxxviij.

De litera C.

Cardamomum quid sit. lib. j. cap. ij.
Cyprus quid sit. lib. j. cap. xlij.
Colocynthis siue coloquintida. lib. j. cap. xlj.
Casia quid sit. lib. j. cap. v.
Cinnamomum quid sit. eodem.
Calamus aromaticus. lib. j. cap. xj.
Camphora an reperiatur. lib. j. cap. xl.
Cicerbita quid sit. lib. j. cap. xviij.
Centaurium maius quid sit. lib. j. cap. xx.
Costus an reperiatur. lib. j. cap. xxv.
Cinnabaris quid sit. lib. j. cap. xxvj.
Colophonia quid sit. lib. j. cap. xxxj.
Cerui an in corde habeant ossa. lib. j. cap. xxxv.
Carthami virtus. lib. ij. cap. xxxvj.
Catholicon pharmacum. lib. ij. cap. iij.
Casiafistula quid sit. lib. ij. cap. iiij.
Cassia fistula quid sit. lib. ij. cap. vj.

Index capitum

Capitis cura.libro.iiij.
Clysteria quibus conueniant.lib.iij.
Colicæ cura.lib.iiij.
Carabe.lib.j.cap̃.liij.
Calculi cura.lib.iiij.

De litera D.

Draconis sanguis quid sit.lib.j.cap̃.xxxj.
Dysenteria quomodo curari debeat.lib.iij.et.iiij.
Dictamus quid sit.lib.j.cap̃.xliiij.
Dyafiniconis noua compositio.lib.ij.cap̃.j.
Dyachartami emendatio.lib.ij.cap̃.iij.
Dyaprunis castigatio.lib.ij.cap̃.ij.
Dyacassiafistula.lib.ij.cap̃.vj.
Dentes iuuantia.lib.iiij.
Dentibus nocentia,eodem.

De litera E.

Endiuia quid sit.lib.j.cap̃.xviij.
Eupatorium quid.lib.j.cap̃.xxj.
Electuarium catholicum.lib.ij.cap̃.iiij.
Electuarium de succo rosarum.lib.ij.cap̃.v.
Errores Plinij.lib.j.cap̃.xlv.
Ephemeron quid sit.lib.j.cap̃.liiij.
Errata Auicennæ.lib.j.cap̃.xlvj.
Errores iuniorum medicorum.lib.j.cap̃.xlvij.
Epilepticorum cura.lib.iiij.

De litera F.

Fistula cassiæ,lib.ij.cap̃.vj.
Febris quartanæ cura.lib.iiij.
Febris pestilentialis cura.eodem.
Febris cum bubone cura.eodem.

De litera G.

Galeni theriaca.lib.j.cap̃.j.
Galenus cassiam aliam vidit q̃ nostri.lib.j.cap̃.v.
Galenus scordion dicit contra venena valere.lib.j.cap̃.xiij.
Gentilis opinio de centaurea.lib.j.cap̃.xx.
Gallicus morbus quid sit.lib.iiij.cap̃.vlti.

De litera H.

Hermolai barbari laudes.lib.j.cap̃.j.
Humanæ naturæ inimicum turbith.lib.j.cap̃.xxv.
Humanæ naturæ & stomachi inimica scamoneata.lib.ij.

De litera I.

Intubum siluestre quid sit.lib.j.cap̃.xviij.
Iudaicum bitumen.lib.j.cap̃.xxxiiij.
Ictericorum ac regij morbi cura.lib.iiij.

De litera L.

Lemnia terra quid sit.lib.j.cap̃ xiiij.
Lapis armenus an vtilis.lib.j.cap̃.xvj.
Lapis lazuli an reperiatur.lib.j.cap̃.xvij.

De litera M.

Malabatrum siue folium quid sit.lib.j.cap̃.iij.
Muscus quid sit.lib.j.cap̃.vj.
Moschus an sit muscus.lib.j.cap̃.vij.
Myrrha an vera reperiatur.lib.j.cap̃.ix.
Minium quid sit.lib.j.cap̃.xxxj.
Manna an fuerit apud antiquos.lib.j.cap̃.xxxix.
Medicina laxatiua quomodo attrahat.lib.iij.

De litera N.

Nympha quid sit.lib.j.cap̃.xxiiij.
Nenuphar quid sit.lib.j.cap̃.eodem.
Nardi spica duplex.lib.j.cap̃.viij.

De litera O.

Orobus quid sit.lib.j.cap̃.xxij.
Os de corde cerui an sit cartilago.lib.j.cap̃.xxxv.
Oculis conferentia.lib.iiij.
Oculos lædentia.eodem.
Oleum in peste.libro.iiij.

De litera P.

Pentaphilum quid sit.lib.j.cap̃.x.
Petroselinum macedonicum.lib.j.cap̃.xij.
Pollicaria quid sit.lib.j.cap̃.xliij.
Pilulæ sine quibus.lib.ij.cap̃.vij.
Pilulæ aureæ.eodem lib.cap̃.viij.
Pilulæ cochiæ.eodem lib.cap̃.ix.
Pilulæ de octo rebus.eodem lib.cap̃.x.
Pilulæ de rhabarbaro.eodem lib.cap̃.xiij.
Pilulæ de.v.generibus myrobalanorum eodem lib.cap̃.xj.
Pilulæ elephanginæ.eodem lib.cap̃.xij.
Pilulæ de thermodactilis.eodem lib.cap̃.xiiij.
Podagræ cura.libro.iiij.
Paralysis cura.libro.iiij.
Pestis cura,eodem.

Index capitum primi operis.

De litera Q.

Quartanæ cura.libro.iiij.

De litera R.

Ribes quid sit.lib.j.cap̃.xxviij.
Rosa quid sit.lib.ij.cap̃.v.
Rhamnus an sit ribes.eodem.
Rhabarbarum.lib.j.cap̃. xlviij.
Rhaponticum quid sit.lib.j.cap̃.xx.
Rhaphanus quid sit.lib.j.cap̃.xxiij.

De litera S.

Scordion quid sit.lib.j.cap̃.xij.
Spina alba.lib.j.cap̃.lij.
Scolopendria quid sit.lib.j.cap̃.xix.
Scariola.lib.j.cap̃.xviij.
Scne quid sit.lib.j.cap̃.xlix.
Spodion verum quid sit.lib.j.cap̃.xxix.
Sanguis draconis.lib.j.cap̃.xxxj.
Scamonium siue scamonea.lib.j.cap̃.xxxiij.
Saccharum antiquorum.lib.j.cap̃.xxxix.
Stercus vbi formetur.lib.iij.
Sanos an purgari liceat.lib.iij.
Stomachi cura.lib.iiij.
Synanches cura.lib.iiij.

De litera T.

Terra lemnia quid sit.lib.j.cap̃.xiiij.
Terebentina quid sit.lib.j.cap̃.xv.
Turbith a turbando venenosum.lib.j.cap̃.xxv.
Tripolium.eodem.
Trifera persica siue demoniaca.lib.ij.cap̃.xvj.
Tertiana febris si curari debeat alterantibus solis.lib.iij.
Tussis antiquæ cura.lib.iiij.

De litera V.

Vnctio Pauli in peste.lib.ij.cap̃.ij.
Vnctio alia ad idem.eodem cap̃.

Finis Indicis capitum huiusce primi operis.

Symphorianus Campegius Lotharingiæ Archiatrus D. Ioãni Galfredo illustrissimi Calabrũ, Lotharingorum & Barrẽsium Duci Consiliario, ac Physico clarissimo S. D. P.

APlærisq; sæpe rogatus uir litera-
tissime, ut Mesuę, Rasis, Serapionis, aliorumue Arabum errata, quæ ab illis hactenus in Medicinis scripta sunt colligerẽ: & officiosa impsorum manu, atq; industria ea omnia ante recognita, accurateq; digesta cõia pluribus reddere, illis obsequẽdũ duxi: nã nihil profecto in uita humana periculosius, nihil tam pestilẽs, atq; noxiũ, q̃ teneras mẽtes his imbui, quæ operæ preciũ fuerit aliquando dedisce re. Nam Galeno scribente, qui in prava doctrina alitus est, hic geminum tempus requirit: Alterum in quo prauas opiniones dedisc at, alterum in quo melioribus se exerceat. Optima uero sibi discẽda proponent, si magis a fontibus, q̃ lacunis, e Græcis, q̃ Arabib?, et Persis, e ueteribus q̃ iunioribus hauriendam saluberrimã hanc artem duxerint. Nam apud illos pura omnia, erudita,

Galen⁹. VII. The. Method. cap. iiij.

Græci nobiliores.

ac cum ſummo delectu,iudicioq; deprom-
pta: adeoq; nihil quod Ariſtarchi uirgula
dignum ſit,offendent.Apud hos autē præ-
ter inconditam quādam & ineptam dictio-
nem,linguæq; balbutiem nō modica ſunt,
ſicut ex his noſtris annotamentis conſtabit.
Non eſt autem quod in uniuerſum damnan
dos,atq; reiciēdos Arabes & Pœnos,recē-
tioreſq; putem:quando & in his non pauca
ſint quæ probāda maxime cenſeam:uerum
cum magno admodum in iſtis legendis de-
lectu opus ſit,eoſdem non niſi prius ex uete
ribus nacto iudicio proponendos duco: ita
enim quid candidum,quid atrum in his ſit
facile ſtudioſi deprehendent:negotyum ta-
men iſtud aliquādo diſtuli,torſiq; me etiā.
Ea enim quæ collegerā,Arabū errata erāt
partim ita diſperſa,ut receptui claſſico nul-
lo quidē ſigno ad uexilla reuocari amplius
poſſent,partim etiam in diſcipulorum ma-
nibus habebātur per Galliæ totius diuerſa
gymnaſia,partim cæcis noſtræ bibliothecæ
angulis ſitu ac puluere pene tabentia diu ia-
cuerant procul a mente,omniq; memoria,
ut difficillimū ſane mihi uideret in corpus
aliquod

Ariſtarchi virgula.

Arabes etſi barbari, non tamen reiiciēdi ſūt.

Arabum errata.

aliquod,unū tot membra diſiecta compone
re. Meas cogitationes quoq; nō magno ſtu
dio elucubratas ſatis placere poſſe diffide-
bam his preſertim,qui ſtricta libella omnia
appendūt,& corrugata fronte,ac Rhinoce
roteo naſo aliena tanq; odorant: atq; adeo
interim cœpi in lucē emittere,prætētaturus
iter:hinc ut cętera iſta(quę dixim⁹) ita ſpar
ſa quaque,ac diſſeminata in unum cōgere-
remus:quod cū fecerimus,quæ ex multis de
perditis inuēta receptaq; ſunt,quę Arabū
errata,caſtigationeſq; pharmacopolarū ap
pellare poſſumus,tuo nomini merito dedi-
canda putauimus. Iam Diis bene uolētibus
pharmacopolarum,recentiorumq; Medi-
corum errata ex ordine recenſebimus: pri-
mumq; ea quæ ad herbarum, radicum,lapi
dumq;,ac materiæ medicæ notitiam ſpe-
ctant,tandem quæ de compoſitis pharma-
cis Meſues,& Nicolaus ſcripſere, annota-
bimus. Vale, & ut ſoles nos ſymphoniace
ama.

Caſtigationes ſe plaſiario rum.

¶ Ioannes Rainerius ad candidum lectorem.

Hic capit, ingentes libri quod mille, libellus.
Quod petitur multis iste libellus habet.
Si medicinini pariunt fastidia libri
Tam multi, paruus sufficit iste liber.
Et præterquam quòd paucis complectitur vnus
Atq; idem paruus, milia multa librũ:
Pœnorum atq; Arabum fœdos ob lumina lapsus
Explicat, haud pauci quẽis perière viri.
Vena etiam doctè quæ sit soluenda recludit:
A stygijs multos quod reuocabit aquis.
Nec facile est dicas vtri sit pharmacopolæ,
An medico vtilior: pharmaca cuncta docet.
Quæ bona, quæ mala, quæ possint præstare salutem,
Quæ noxam, verũm quæq; reposta loco.
Hunc postquàm arrecta tu legeris aure libellum,
Sum factus, dices protinus, Hippocrates.
Quare lector agas auctori candide grates.
Quem si nosse velis, Symphorianus is est.
Symphorianus is est superas, vt victor, ad auras
Semineces solus qui reuocare potest.
Symphorianus is est inuita stamina parca
Qui nectit, vacuæ pensa refertq; colo.
Symphorianus is est fati peruertere legem
Cui licet, & cymba est quo leuiore Charon.
Quem metuunt & dira lues, morbiq; nocentes.
Quem metuunt Stygij Tartareiq; lacus.

Symphoriani Campegij Lugdunensis equitis aurati, Lotharingorum archiatri Annotamenta de Serapionis, Nicolai, & plurium aliorum medicorũ, & pharmacopolarũ, ac seplasiariorũ in medicina erroribus.

HErmolaus barbarus, Nicolaus leonicenus, Ioannes manardus, Petrus barotius, Ruellius gallus. Marcellus, quemadmodũ in oĩm bonarum artium disciplina eminentissimi, Ita in hac quoq; medicinæ parte neq; ipsis antiquis medicis inferiores, herbarum notitiam nostris temporibus pene impossibilẽ arbitrãtur: quoniam prisca earum nomina sunt nobis ignota. In nulla uero tam manifesta indicia ab antiquis tradita habemus, quin totidem ex aduerso in contrariam possint auferre sententiam: apud enim autores qualis esset herba Alcibiũ, non reperit Leonicenus: sed radicẽ eius, ac folia trita ad serpentis morsus ĩponi, & bibi iubet. Sic Dioscorides libro. iiij. Echios radicem, ac folia e uino potari iubet cõtra eosdem serpentes.

Hermolaus barbarus.
Leonicen⁹.
Manard⁹.
Ruellius.
Marcell⁹.
Barotius.
Alcibium herba.

Echiu. eſſe uero eãdem alcibion & echin illud non tenue eſt argumẽtum, quod neq; Dioſcori-
Paulus æ gineta. des, neq; Paulus de alcibio ſeorſum ſcripſe runt, ſed de echi tantũmodo, quam alio uocabulo alcibium, ſiue alcibiadion dici pariter retulerunt. Sed quoniam de theriacis facta eſt mentio, nõ poſſum temperare, quin hoc in loco pharmacopolarum noſtrorum errorem patefaciã: qui nobile illud antido-
Theriaca tum, quod theriaca uocatur, non a feris contra quarũ uenena exhibetur, aut quæ in eiuſdem compoſitione miſcetur (non ſunt autẽ
Vipera. Tirus. aliæ q̃ uiperæ) ſed a quodã ſerpẽte, qui proprio noĩe tirus nũcupatur, quemq; omnino huic antidoto addere oporteat, nomẽ traxiſſe opinãtur: eundẽ aũt ſerpentẽ ex Aegypto uſq; petunt: & qui fidem facere uolũt ſe oĩa diligentiſſime conquiſiuiſſe, quæ ad theriaces cõpoſitionẽ ſint neceſſaria, una cũ alijs quæ eidem miſturæ adiunguntur, publice uiſendum exponunt: ſed neq; ſerpentem illum norunt: neq; enim tiri nomen in libris Arabum aliud ſignificat, quam eam ſerpen-
Echidna ideſt vipera. tis ſpeciem, quam Græci Echidnam, nos uiperam appellamus. Alibi autem oſten-

dimus feras illas quæ in antidoto erant ponendæ, quibus uidelicet Theriaci paſtilli concinnantur, non ex Aegypto petendas, ſed in media ipſa Gallia Narbonenſi, ac etiam Italia reperiri. Nec ſatis nobis hoc uiſum ad bonam conficiendam Theriacen: ſed Andromachum eius inuentorem ſectatus Neronis primariũ medicũ, aliũq; Andromachum prioris filiũ, & Demetriũ Antonini Cæſaris ſimiliter primariũ medicum, alioſq; cõplures, Galenumq; demum ipſum non manibus quidem propriis, ut illi, ſed nobis obſequentium ſeplaſiariorum Renati Villaterij, & Claudij Pinſardi tam ſalubre medicamentum in ampliſſima Lugdunẽſi urbe, quę noua quaſi Hieroſolyma, aut ſi mauis Corynthus dici poteſt, ad quam ceu commune Europæ emporium: licet ueriſimile ſit, ueluti olim Corynthus, tum a Creta, tum a nouis inſulis cæteriſq; orientalibus locis, ſimplicia medicamenta tantæ compoſitioni idonea fuiſſe apporta-
andromachus neronis medicus. Demetrius.
Corynthus olim emporiũ maximũ. Creta inſula.
ta. Ego tamen, nimis forte in hac ſicut in oĩre medica timidus & curioſus, non uereri nõ poſſum, quin aliqua adhuc uel defuerint

penitus, uel uitiata apposita sint: non ꝙ de Renati uillaterij, ac Pinsardi fide & dili-
pharmacopolæ Lugdunēses. gentia ambigam, cum inter pharmacopolas sint peritissimi: sed quod res quasdā uel non afferri, uel non sine macula, uel in totū ignorari puto. Eæ sunt balsamus, cardamomum, myrrha, nardus indica, malabatrum, terra lemnia, petroselinū, amomum, casia, scordion, cinnamomum, radix pentaphylli, calamus odoratus, xilobalsamum.

De Balsamo primum caput.

BAlsamō Romani pariter Græcis balsamū dicunt: arbuscula est balsamū, quæ uiolæ, aut lycij (quod pyxacantha, id est buxea spina etiam dicitur) magnitudine crescit. Rutæ folia habet, multo tamen candidiora, ut Dioscorides scribit, perpetua frōde magis uirentia: in Iudæa eiusꝙ conualle quadam tantum, & in Aegypto nascitur. Quod autem opobalsamum, id est balsami liquorē dicūt, ardētissimo canis æstu excipit: secta ferreis unguib⁹ arbore, fluitꝙ exiguus: nec copiosior quotannis sex septemue congijs colligitur: balsamum calefacit & arefacit in

Pyxacantha.

Dioscorides.

Opobalsamum.

secūdo ordīe. Est aūt etiā partiū tenuiū, succus eius potestatis est tenuiorum partium: nec eouscꝙ calidus q̄ꝫtū Rasis, cæteriꝙ Pœni ac Arabes opinātur partiū tenuitate: fructus ipsius propemodum eius potentiæ est genere: uerum enim opobalsamum uel ad nos non affertur: uel si affertur, tanti precij existit, ut totius antidoti pretiū prȩuertat: duodecim enim drachmas, præter id quod in hedicroo apponi debet, tota Andromachi compositio: recipitꝙ decem & octo libras, parū excedit: uix tn̄ crediderim syncȩrū & recens afferri: nā quod hactenus uidere potui apud illustrissimā Annā a Francia borbonioru ducē, odore, colore, substantia lōge a qualitatib⁹ ueri distabat. Sed & Dioscorides uarijs adulterari id modis q̄rit.

Rasis pœnus.

Andromachi cōpositio.

Anna a Francia.

De Cardamomo Capi. II.

CArdamomū Theophrastus refert alios ex Media putare, alios ex Indía cū amomo, atꝙ nardo, & pluribus id genus aduehi: simile amomo frutice toto prædicant, semine oblongo. Quatuor eius genera, uiridissimum & pingue, acutis angulis, fricanti pertinax, quod & maxime

Theophrastus.

Quatuor cardamomi gña.

laudatur proximum e rufo candicans. Tertium minutius atq; nigrius: peius uarium & friari facile, odoriſq; parui. Id quod uerius eſt, uicinius coſto eſſe debet. Recentiores mauritani hoc non cardamomum, ſed cordumeni, & ſilueſtre caros uocant. Cardamomi uero nomine genus aliud intelligunt, in geminas diuiſum ſpecies, Alterũ lentis amplitudine, Alterum ciceris obnigri: in quo granum album ſit, guſtu mordaci, utrunq; odoratum. Quid quod officinæ cardamomo utuntur alio, q̃ quod & a Mauris, & a Dioſcoride perſcribitur? duplicis faſtigij minus & maius appellantes: cui ſimile id ſemen ſit, quod uulgo melligeta dicitur, prælatum uiribus, longe tamen ſicut mihi uidetur a quatuor generibus Dioſcoridis differt, quorum meminit Plinius. Et niſi rurſus Venus ab ida ſylua deportet, omnino deficimus.

Dioſcorides. Plinius.

De malabatro. Cap̃. III.

Malabatrum.

CArere nos balſamo & malabatro, quæ & precioſa ualde, & a lõginquis regionibus petẽda, nõ eſt mirum. Malabatrũ quis noſtro ſæculo cognoſcit? Ego toto uitæ meæ tempore uix unicũ uidere folium potui. Plinius malabatrũ arborem Syriæ affirmat eſſe folio cõuoluto, arido colore. Fertilius in ægypto, laudatius in Indiæ paludibus, ſine radice fluitans: improbãt cãdidũ. malabatri gemina cõditio, alterq; paluſtre, ut Dioſcoridi uidet: alterũ ex arbore: nũc medici nec primũ, nec ſecundum, ſed tertiũ malabatri genus nouere, appellatum a mauritanis ſuis Tembul: cuius ſurculi cum folio, quale arbuti ſiue lauri eſt. Notandũ uariare Dioſcoridem a Plinio, q̃ alter malabatrum probari ſcribat quodam ſalis guſtu, alter nullo.

Plinius.

De amomo Cap̃. IIII.

AMomũ quidam ex Media, alij ex India importari narrant. E uite Indica quæ ſit labruſca exiſtimatur naſci, frutice uenoſo, palmi altitudine: naſcitur & in Armeniæ parte quę uocatur Ocene. Verũ Amomũ id eſt botruoſum, & uelu uua, neſcio ſi Gallia uel Italia hoc ſæculo uidit. Nec mirandum, ſi quando Plinius a Dioſcoride diſſonat: quoniam ſicut precia rerum, ita & uoces, & experimenta quoq;

Amomũ Botruoſum.

uariantur. Neq; ulla Medicinæ pars incertior, q̄; quæ ab alio orbe, q̄; noſtro petitur: id quod & ratio perſuadet. Amomū quale nunc officinæ pręferunt fabuloſa ſpecie: nec odoris argumento, nec alia ratione cōgruit cum eo, quod a Dioſcoride deſcribitur.

Dioſcorides.

De Cinnamomo & Caſia Cap. V.

CInnamomū in partes quinq; conci dūt, præcipua bonitas tenuiſſimis, ad longitudinem palmi paulouc amplioribus: ſecūda proximis breuiore mēſura: uiliſſimæ quæ radicē antecedunt: quoniam ibi minimum corticis: neſcio ſi Gallia noſtra nec forte italia, aut Hiſpania hoc ſæculo uerum, Cinnamomū uiderit: quod neminē adhuc audiui ambigētē. Id quod paſſim ex India præcipue Luſitani Regis claſſe in Europam inuehitur, eſſe uerum cinnamomum, quod tamen non eſſe ex Galeni uariis dictis ī libro de antidotis facile patere poteſt Cinnamomum dicētis eſſe arbuſtū, ſex uel ſeptē plus minus adnaſcētes ramuſculos habens, longitudine inæquales: ita tamen, ut maior ſemipedem Romanū non excedat: & id quod optimum eſt, indicibi-

Quid cinnamomū.

lem quendam ſuper omnia alia odorem habere, guſtuq; aliquatenus calefacere, non uſq; adeo tamen, ut cum triſtitia mordicaret, colore tale quale ſit lac uocatū Phaeo: cum exiguo uocati Cyani miſceretur, ideſt colore albo ad fuſcum & ſubcyaneum tendente: eſſe eius ſex genera, quatuor uidelicet inter optimum & peſſimum, quod exiguo interuallo ab optima Caſia minime mirandum diſtare: cum ea in cinnamomum aliquando conuertatur: quemadmodum poſt Galenū in libro. ij. ſuæ Medicinę ſcripſit Auicenna. uidiſſe enim ſe ait Galenus Caſiam adeo altam & uberem, ut ad arbuſti adſcenderet magnitudinem, ramuſculoſq; quoſdam mitteret uiſu corticis tenuitate, odoreq; & guſtu exacte ſimiles cinnamomo: ex quo dicto intelligere quoq; licet, quantum uulgaris noſtra caſia diſtet a uera, nihil cū cinnamomo habens commune, tetra cum ſit, inodorata, & penitus adſpernabilis, imo nihil habēs quare Caſia putari debeat: ut Dioſcoridem & Plinīū legenti, req; ipſa in manu facile cōſtabit. Caſiam cum dico, aromaticam intelligo: quam officinæ ligneam uo

Phaeo: Cyani.

Caſia.

Galenus.

Vulgaris caſia quid.

cant. Aliam enim cuius nunc cõmunis est ad aluum leniẽdam usus, scio antiquis pen tus incognitam. Inter illas idest aromatica Gizi. eã esse eligendã, quæ Gizi, non gizir, ut p Hermolaus. tauit Hermolaus, barbarico nomĩe dicitur quæ adeo similis est Cinnamomo, ut dupli eius ꝑ cinnamomo, Galeno teste, poni po sit: qui Quinto accedẽdum non putauit, di centi non secus eos facere, qui carẽtes cinna momo duplam casiam accipiunt, his qui d cerent, dum caremus phalerno, uel uino cr tico, duplum utilissimi uini bibendum: & Manardꝰ. eos (ut uerbis Manardi utar) qui similag neum panem non habent, debere duos fu furaceos esitare: non enim ait Galenus, sim le quid his faciũt, qui casiam cinnamomi l co accipiunt: sed illis assimilantur potiu qui cum forti careant uiro ad pondus fere dum idoneo, duos ei substituũt debiliore hanc Gizi appellitãt: theriace imponere d beremus, & carentes cinnamomo ꝑ simpl cinnamomo duplam accipere. fistularẽ ai Fistularis casia. uocatã omniũ utilissimã: & ꝓpterea theri Galenus ce non imponendã scripsit Galenus, esse passim cognitã: exteriorẽ quidẽ corticem

quem fistulam uocant, fortem habentem & odore, & gustu, interiora debilissima, adeo ut nullius sint utilitatis. & mirabit aliquis antiquorũ poetarũ Heroas tam longis erro ribus, totq; mõstris & naufragiis iactatos, neglectis omnibus melioris fortunæ occa sionibus, uoluptatibus & honoribus anti quam repetijsse aut exquisijsse matrem: cũ prꝛter bruta & plantæ & id agant, quæ plu ribus & mitioribus locis consitæ, honoris sui incremento retineri non potuerunt: & inter plantas Casia id præcipue egerit, quæ Casia. in maiore illa Romanæ gẽtis fortuna ubiq; & in aluearibus consita, & sub septentrio nibus uiuere coacta, nullibi nostra æta te in Gallia, aut Italia nunc reperitur: nega taq; oculis forma eius omnis, & species dif ficillimam nobis de ea narrationem hãc no stram facit, præsertim in tã corruptis Græ corum, Latinorumq; omniũ codicibus: & in tanta Plinij, Theophrastiq; in eius histo Plinius. ria breuitate. Quo fit, ut nihil cẽ in quæren do diligentiam, & in repertis fidem legen tibus pro casia polliceamur. Casiæ inquit Dioscorides plura sunt genera in odorifera Dio scori des.

Arabia nascentia: habet crassi corticis casia omnis sarmentum,& piperis folio est:eligi to amabili coloris bonitate rubescentem, coralio lapidi similem:duplaqne eius quan titas medicamentis mista in cinnamomi de fectu idem præstat. Sunt etiã(ut idem Dio scorides inquit)Cinnamomi plura genera, gentium ubi nascuntur nominibus appella ta:antecedit bonitate alia omnia quod mo syllicum dicunt:propterea quod Casiæ quæ mosyllica dicitur similitudinem referat: plę runcp enim probatissimi cinnamomi indi ciũ ex odoris sui sola ꝓprietate fit. Est prę terea cinnamomum mõtanum, crassum,te rosum,colore rubescens. Est & tertium se cundum Dioscó. mosyllico simile,nigrum, odoratissimum,ramosum. Est & quartum itidem cãdidum,fungosum,aspectu tumẽs, fragile,grandi radice, quæ casiæ odore est. Numeratur & quintum, nares odore ten tans,quod uitandum est,leuiter rubens, & rubẽti casiæ cortice simili.Est &aliud quid dã cinnamomo simile, falso cinamomum dictum,nullius odoris.Numerat Dioscori des ꝓbatioris mosyllici cinnamomi plures

Cinnamomi plura genera.

Dioscoride.

Mosyllici cum cinnamomum.

notas, laudatcp recens, & colore nigrum: cumcp de colore eatenus egisset, nulla inter iecta copula,aut diuisiõis nota, alia subijcit statim,& cum uino diluitur cinereo:ut non ad uariũ in eo colorem id pertineat, sed ad mutatum,cum uino maduerit: qualia mul ta cotidie uidentur oleo,aceto, humoribus cp alijs consperſa ex alio in aliũ mutari colo rem:nam si uoluisset uarium,& ex uini cine risco colore mistum cinnamomum pariter ac nigrum laudare: copula diuisionisco alia nota aliqua alterum ab altero secerni opor tebat:ut autem in omnibus Græcis legitur, in numero & censu notarũ illarum usco ad extremũ ueluti cursus est:nullisco alicubi in teriectis copulis ait probari recẽs colore ni gro, & tenuibus cum liuore surculis.

De musco Capi. VI.

RYon ab aliquibus splanchnon di citur,Romani inquit Dioscorides muscum appellant. Inuenitur mu scus hic ĩ arboribus,cedro, populo alba,& quercu:habetcp primũ bonitatis honorem qui ex cedro est. Secundum(inquit)qui ex populo alba,laudaturcp maxime in utrocp,

Muscus. Dioscoride.

qui odoratior, & cãdidior eſt: damnatur cõ tra nigreſcens: habet adſtringendi uim muſcus hic. Facit ad muliebrium locorũ uitia in decocto eius inſidentibus fœminis: miſcetur idem Balanino unguento, & alijs quæ ungẽda ſint, ob ſpiſſandi uires quas habet. Vtile præterea accommodatumq; a corporum confectionibus, & eorum quæ ad uaporationes incenduntur. hæc Dioſcorides. Illud animaduertendũ eſt, quas hic cedros dicit, Paulũ Aeginetam pinos dicere. Sed uitium ſubeſſe credimus: quoniã ſtatim Dioſcoridi ſubſcribẽs, omnibus alijs cedrinum muſcum & ipſe antefert. Non uidetur & uitio carere Dioſcoridem illic ubi cenſum bonitatis muſci huius agens, cedri & albę populi tantũ meminit: deſyderatur enim quercus, niſi forte legentibus damnatã uoluerit eſſe, quã tacitus arborẽ præterijſſet. Nolumus & illud relinquere, nõ eſſe huic & Paulo Aeginetæ muſci huius eaſdem uires: hic adſtringere, ille diſcutere, & mediocriter mollire dixerunt non paruo, ut uidetur diſcrimine, quod nos peritioribus cẽſendum relinquimus.

Balaninũ vnguẽtũ.

Dioſcorides.

Paulus Ægineta.

De moſcho

De moſcho Ca. VII.

Moſchus aliꝰ a muſco.

QVod nobis in muſco contingit & moſcho: in quibus una tantum mutata litera, & aſpiratiõe addita, diſſimiles penitus res, & in diuerſo genere indicantur. Siquidem latinus muſcus uirẽtes magis uillos, q̃ folia aut frondes ſignificat: quibus per æſtatem in torrentibus lapides ueſtiuntur: & ut Columellę uerbo utamur, muſcantur, nec tantum lapides hi, uerum arbores quędam etiam, ut quercus & olea, ſed non eodem modo muſcantur. Ex hoc genere muſcũ Dioſcorides deſcribit: quoniam in Cyrenaica prouincia præſertim odoratũ naſci Plinius teſtatur. Qui uero a Græcis moſchos dictus eſt, & a latinis eadẽ appellatione iudicãdus, is eſt qui noſtra ætate inter prętioſiſſima odoramẽta: nec mediocris in medicina ut in diamuſco uſus habetur: hunc officinæ non ſecus q̃ priorem illum ex arboribus apud Dioſcoridẽ, noſtra ætate muſcum falſo appellant: cũ moſchus, non muſcus dici debeat: ut propria appellatione a lapidum in fluminibus, & arborum uilloſo muſco diſcerneretur: nulla quod hacte-

Moſchus nõ muſcꝰ, nam moſchꝰ a muſco ſpecie differt.

nus inuenerim antiquis ſcriptoribus in huiuſcemodi ſignificatiõe Moſchi uox fuit: uidenturq; odoramẽti id genus Dioſcorides, ac ueteres omẽs ignoraſſe. in poſterioribus tamẽ medicis, uti fuerũt Meſues, Serapio, Iſaac, Raſes aliquando inuẽta eſt manifeſta odorata huius ſubſtãtiæ, quę in uilloſis echinati caſtanearũ calicis modo, folliculis animalium quorundam clauditur exiſtimatione, inueniſſeq; id nomen ea res uidet nouos tenerioreſq; in plantis ſtolones: quorum ſimilitudine in animalibus, quæ moſcum ferunt, noui odoramento illo pleni naſcuntur folliculi. potuit & ea nominis ratio eſſe, q animalia illa media inter capream & uitulam natura & magnitudine, fuluo uitularũ colore uident. Moſchus calidus eſt in ſecũdo ordine, ſiccus in tertio, confortat cor & membra interiora, & corroborat cerebrũ, ac ſodæ antiquæ confert.

Animalia aũt illa ferentia moſchum Serapio gazellos uocat.

De nardi ſpica Ca. VIII.

Ouẽ ſpecies nardi ſpicæ ſunt, quas nardum indicã Plinius repræſentare exiſtimat: prima Gangetis Ozenitis, ab odore uirulento dicta. Secunda pſeudonardus. Tertia Syriaca. Quarta gallica. Quĩta cretica, ideſt phu. Sexta bacharis. Septima hirculus. Octaua aſaron. Nona thracia. Aduertendum eſt & illud, omnia nardi genera herbas eſſe præter indicam: illud, ne quẽ fallamus, noſcendum Syriacã nardum duplicis eſſe generis, unum in India, ſed parte montis in Syriã ſpectãte, quam Plinius ſub indice uocabulo complectitur. Alterũ in Syria, Ciliciaq;: hoc aliqui Gallico præponunt: aliqui contra Gallicum Syriaco tali præferunt. Galenus indicam nardum accipit, quoties abſolute ſpicã nardi nominat, quaſi ſpicam cæteræ non habeant, ſed hærbam duntaxat, quemadmodum & Plinio uidetur. In Gedroſia quoq; nardus eſt, ſed ſub indica cõtineri credim⁹: carere nos indica nardo quis dubitet? q ſpicam quidem uocari apud Galenum legerit eſſe tamen radicem. Sed & in ea theriaces præparatione, quam cæteris ueluti cõciſam magis & manifeſtiorem præfert Galenus: ſic ad ỹbũ carmine quodã ſcribitur. Therebentinæq; reſinam: nardiq; radicẽ indicæ ad nos uehitur ſpica: atq; utinã nardi eſſet:

Species nardi nouem.

Galenus.

Thereben tina.

ſuauitate em̃ odoris penitus caret: & ſapo-
ris eſt ualde ingrati: in flore etiam ſchœni
idē accidit: cum enim ſcribat Democrates:
Democrates. Schœnicq; nō feſtucarum, ſed floris: ad nos
feſtucæ portantur, non flores: ſed in hoc ma
gna uis non eſt: ſiquidem Galenus herbam
laudat: nardum uero gallicam, ſiue ut Græ-
ci appellant celticam. Laudatur in orbe no
ſtro poſt Syriacum, quippe quod Syriaco
ſit leuius: neq; multum ab indico differens:
ut Plynius exiſtimat.

De myrrha Capi. IX.

Myrrha
Hippocrates.
MYrrha græce ſmyrna dicit & zmyr
na, hāc & myrrham uocat Hippo
crates: minor altitudine, ſed fruti-
coſior eſt thure: ad quinq; tamen cubita cre
ſcere arborem Plynius meminit: permiſtā
arboribus thuris naſci tradunt, Alij ſepara-
tim. Sed & alijs Arabiæ locis proueniunt, e
ſyluis quoq; laudata quam a Troglodytis
Sabęi tranſitu maris petunt: ſatiua ſylueſtri
præfertur. falſum eſt e thuris arbore utrūq;
gigni: inciditur bis, ijſdemq; cū thure tem-
Rex Gebēnitarum. poribus. Regi Gebēnitarū quartas partes
myrrhæ pendunt. Huius ſpecies quatuor:

Statea, Atramitica, Gebēnica, Auſiritis. Eſt
& candida uno tantum loco, quæ in meſſa-
lum oppidum cōfertur. Sed & Galenus ua
rijs adulterari id modis queritur: inueniri-
q; in optima myrrha opobalſamū, quod in
tra corpus aſſumptū mortiferum eſſet, niſi
forte extra hoc periculū nos ſumus: qui non
optima ſolum, ſed bona etiam myrrha care
mus: nam quæ myrrhæ loco habetur, pro
odore ſuauitatis teterrimum uirus obolet.
Adulterat lentiſci glebis, & cucumeris ſuc- Adulterat myrrha.
co amaritudīs cā: ſicut pōderis, ſpuma argē
ti. Reliqua uitia deprehendunt ſapore gūmi
dēte lenteſcētis. De pentaphyllo Ca. X.

Dioſcorides.
VIcēna radicē pentaphylli a Dio-
ſcoride cōmēdatā iter uenena mor
tifera collocat: Ipe em̃ ſecūdo cano
nis ſcribit eſſe medicinā pernitioſam, adeo
Sauonorola. ut Michael ſauonorola in medicina clarus
non auſit eam in quartana dare, non aliam
ob cām, niſi qa dānet a principe ſuo Auicē-
na, Tantā habet, ut Leonicenus ſcribit, Aui Leonicen⁹
cenna apud Medicos noſtri temporis auto
ritatem, ut Medicinam mortiferā faciat ſa-
lutarem, ſicuti pedem coruinum: ſalutarem

autem pernitioſam, ueluti radicẽ pentaphyl
li uel eius ſuccum. Nam & Iacobus de don-
dis huius radicis ſuccum inter uenena perni
Auicẽna. tioſa ex Auicennæ numerat autoritate: de
pentaphyllo libẽter intelligerẽ: uulgarẽ ne
hanc paſſim in uĩs etiam ſtratis naſcentem
acceperitis: ego non huius radicem accipiẽ-
dam puto, ſed eius quam Tormentillam uo
cant: quam licet ſeptifolium maiore ex par-
te in Italia uideamus: hic, hoc eſt in Gallia ſę
pius uidemus quinq; folium.

De Calamo aromatico, & Acoro Ca. XI.

CAlamus aromaticus in Arabia na
ſcens communis Indiæ atq; Syrię
eſt nobilior, quo breuior, & craſ-
ſior, lentuſq; in frangendo, ſuccũ eius elate-
rio ſimilem excipiunt. Legi & in Meotide
odoratũ naſci calamum, radice ſubalbida,
& ſine fiſtulis, plena intus & amara ſpecie
acori: de quo quidam ſunt Acorum eam pu
tantes. Quanto autẽ amarior, tanto & cali
dior eſt indico. Teredinibus ut acorũ incef
ſitur: omninoque uicariũ pro acoro eſt ab
Ionia, & Ponto, & Herculis colũnis, pror-
ſusq; apud omnes qui mediterranea colunt

Aphricæ, ut ſi eadem non ſunt plane, maxi-
ma tamen affinitate uiſuntur: ut autores plę
riq; tradũt. Sunt qui radicem ruſci acoron
uocent: proinde ut hanc nonnulli acorũ ſyl-
ueſtrem appellare malint. Acoro flores au-
reos croceoſue attribuũt, ſemẽ ſpiſſum, atq;
gliſcens non ſine odoris gratia: haberi ferũt
in Chio, Helleſpõtoq;, & Euxino mari ra-
dicem acori ſubrubentem: uenis intrinſecus
neruoſis, prętenuibus & cãdidis: eaq; indi-
genas Iridis loco uti. Acor folĩs iridis, ſed
pediculo lõgiore. Radices ei Dioſcorides
ſubalbidas, Plinius nigras minuſq; uenoſas
reddidit: foris colore inter nigrum atq; can
didum, raram inuẽtu tradit Apuleius. Ma-
nardus hoc tempore calamũ aromaticũ pu
tat ignotum: quod enim (inquit) uulgus eo
nomine uocat calamũ aromaticũ, radix eſt,
nõ calamus: nec ut arbitror (inquit) calami
illius radix, ſed uel acorus eſt, ut etiã ſuſpi-
cari Hermolaus quodam loco uiſus eſt: uel
alia quædam res nobis incognita. Quare
ego (ĩquit Manardus) quoties acoro opus
eſt, nõ uulgari illa radice, & ĩiucũdi odoris,
ſed uocato aromatico calamo uti conſueui.

Iridis folia acorus habet, angustiora tñ, vt Dioſco. ſcribit radices vero nõ diſſimiles implicitas colore ſubalbidas, guſtu acres, odore nõ ingrato.

Apuleius. Manardꝰ.

Hermolaus.

De petroselino Ca. XII.

Glicydis Petroselinum.

PEtroselinū glicydiū quidam nominauerunt: huius semē longe utilissimū, imbecillior hærba. At quis nō miretur simul, & ægre ferat petroselinum nos desyderare: quod enim uulgo petroselinum uocamus, uel apium est, ab antiquis dictum hortulanum: at quicquid tandem sit, constat eius semen non id esse, quod Theriace miscendum iussit Andromachus. præfertur reliquis Galeno teste Macedonicū, & macedonicis excreaticium, in hoc alia excellens, quod amarissimū & acerrimū existit. Nostratis autem semen, ut acredinis cuiusdā pticeps forte uideri possit, omni tñ prorsus caret amaritudine. Sed postq̄ macedonico carēdum erat, utinam Epiroticum haberemus, quod Galeni tempore (tanta erat ueri æmulatio) in Macedoniam per thessalonicen apportabatur: ut pro macedonico uendi posset. Recentiorum autem negligētia effecit, ut macedonico & epirotico carētes Apij communis semine pro eo utamur.

Andromachus.

Gentilis opinat petroselinū Macedonicum esse eam Apij spēmquā aliqvulgo appellant macerōes, Galli ỳo Alexādre.

Scordion quid sit Capi. XIII.

GAlenus in suo de Theriaca ad Pāphilianum, & de antidotis libro scribit Scordion contra omnia serpentū uenena ualere. Et in nono simpliciū inter cæteras quæ putrefactionibus aduersantur, prēcipue cōmendari idem testatur. Sed recentiorum negligentia effecit, ut nō solum hærbam ipsam Scordium uocatam amitteremus, sed & uocis ipsius significatū, alliū sylueſtre eius loco, nominis similitudine decepti accipientes: magis in hoc peccantes, q̄ in petroselino, quod nō ideo Theriace īponit: quia sit uenenosis pharmacis, aut feris repugnans, sed aquæ intercutis gratia, similiūq̄ morborū. Scordij autem tantam uim esse nonnulli fide digni scripserunt, ut quęcunq̄ super illud in prēlio quodam corpora occisorū ceciderāt, diutius remanerēt incorrupta, secundū eas potissimū partes quæ hærbam ipsam attingerēt. Unde creditur (Galeno teste) uenenis ferarum, & mortiferis pharmacis uehementer repugnare. Quapropter affirmamus theriacā nostris temporibus non eos præstare effectus, quos de eadem ueteres Medici pollicē

Galenus.

Scordion hærba.

Galenus.

De ſcordio hærba

tur. Auicenna ergo errauit miſcẽdo in Theriaces cõpoſitiõe allium ſylueſtre pro ſcordio hærba: in prima quam ſcribit Auicenna compoſitione theriaces legitur ſcordion: in ſecunda autem pro eodem ſcordio ſcribitur allium ſylueſtre: hinc error uulgatiſſimus emanauit: ut quoniam Scordeon ſignificat apud Græcos allium, pro ſcordio alliũ ſylueſtre, non in theriaces ſolũ, ſed in pluribus aliꝭ compoſitionibus accipiant. Sed aliud eſt ſcorodon agrium ideſt allium ſylueſtre: aliud ſcordion hærba. Alia igiť uirtus, alia ue proprietas eſt in theriaca Auicennę, quã olim fuerit in Andromachi, aut Galeni antidoto: niſi forte arbitremur Arabes & pœnos, Algazelem, & Auicennam, cꝫ uncꝫ fuerit Galenus doctiores.

Alliũ ſylueſtre. Auicẽna.

Non puto doceri cõſtitut magiſtro Petro Areodo, & magiſtro Ioanni medicis gratio nopolitanis huiuſce vocis ſcordion ſignificatio: qui, ſi illis nota fuiſſet, in gratiam ſumptui pcenes facilꝫ redijſſent.

De terra lemnia Caꝑ. XIIII.

VBrica ſiue terra lemnia eſt antiquis multum celebrata cum inſula ſua in qua naſcitur: hãc enim adulterãt, qualis & in Cappadocię effoditur ſpeluncis: quæ ſaxis adhæſit excellere exiſtimatur: uix tamen crediderim ſyncęram afferri terram lemniam ad nos: nã quod hactenus

Terra Lemnia a Lemno inſula.

uidere potui, colore, ſubſtãtia, uirtute longe a qualitatibus ueræ diſtabit. Sed & Dioſcorides & Galenus uarijs adulterari id modis queruntur. Hanc Celſus minij glebam uocat: hęc eſt antiquis multum celebrata cũ inſula ſua, in qua naſcitur.

Dioſcorides. Galenus. Celſus.

De terebintho & terebẽthina Ca. XV.

TErebinthus meſſibꝰ tritici, aut paulo ſeriꝰ fructificat. Mas ſterilis: fœminæ diſtinguũtur: Aliæ fructum protinus rubentem, magnitudine lentis edunt, qui concoqui non poteſt: aliæ uiridẽ pallidumue primo, demum rubentem, nouiſſime cum uua matureſcẽtem, & nigreſcẽtem, qui & odore iucũdior: amplitudine fabæ interim maiorem, & reſinoſum tactu ſulphuroſumcꝫ. In Troade circa Idam & Macedoniã breuis, & fruticoſa, & contorta, Damaſco Syriæ inſignis: copioſa, decoro aſpectu. ubi mõs terebintho, nec alia ſylua ſcatẽs. Terebinthus ad reſinam tollendam poſtcꝫ germinauerit, incidiť: id quod in omnibus reſinam fundentibus cuſtodiendum eſt. At quis non miretur ſimul & ægre ferat Terebinthi reſinam nos deſiderare? quod enim

Duplex terebinthus

uulgo terebēthinam uocamus, peucedinam
uel lariceam loco terebenthinæ afferunt re
Larix arbor. nam: arbor aūt Laricis nullū fructum affert
ſed ex eius radice reſinam trahunt. recenti
res, ac neoterici noſtri medici communite
errant, ponentes reſinam laricis pro tereb
thina. Terebenthina enim eſt terebinthi r
ſina, ſeu arboris grani uiridis, quę arbor a
bice dicitur botū, ſeu botin, ſiue albotin,
Albuſca ſis. aliquando botanus: quæ arbor eſt ſpecies
tiſci ſecundū Albucaſin. Ex arbore tereb
tho exprimitur oleum ſicut ex oliuis, quo
omnium membrorum & præcipue ſtom
chi eſt confortatiuum: arbor autem lari
fert reſinam, qua communiter pro thereb
tina medici utūtur: nullum tamen fructu
profert. Tot igitur exiſtētibus pharmac
quę theriace accipit, uel penitus ignotis,
ualde dubijs, uel ad nos hiſce tēporibus
delatis, neſcio quo parari recte uel poſſit,
potuerit: ut illud mittam: quod uerus eti
parandi modus longo abuſu eſt aboli
Quapropter illud affirmamus, theriac
apud Auicennam non eos pręſtare effec
Andromachus. ſed alios quos de eadē Andromachus,

lenus, & Paulus ægineta pollicent. Et ſi plu
res in ſuis theriacis Auicenna, Algazel, & Auerrhoys, cę Galeni theriaca uires ac uirtu
tes ꝓmittūt. De lapide armeno Ca. XVI.

Galenus. Paulus Ægineta.

ARmenus ſiue armeniacus lapis in
ter colores floridos uocatos depo
nitur. Armenia hunc mittit: lapis
eſt chryſocollæ modo infectus: optimumq;
eſt quod maxime uiret cōicato colore cum
cæruleo in libras, tricenis quondā nummis:
nunc inuenta per hiſpaniā arenę ſimilis quę
ſimilē curā recipiat, quo noſtri pharmaco
polæ pro uero lapide armeno utuntur: qua
re ad denarios ſenos uilitas redijt. diſtat a cę
ruleo candore modico, qui teneriorē arme
no colorē efficit. Differt ſine dubio ab Ar
meno ea gleba quā bolō armenū uocamus,
dicendam inter cretas, Leonicenus uero ui
detur uoluiſſe eundem armenum lapidem
cū lazuli eſſe: nā & Meſues (infit) ipſe licet
lapidē lazuli a lapide armeno diſtinguat:
nō tamen uires ac proprietates admodū dif
ferentes in utroq; conſcripſit. Serapio uero
cū lapidem lazuli notificat, eiuſq; poteſta
tes exponit, non alia refert, cę quæ de lapide

Iſti duo lapides non inueniuntur apud nos.

Meſues.

Serapio.

Auicẽna. armeno a Græcis tradũtur. Auicenna uero & ſi ſeorſum de lapide lazuli, & armeno inter alios lapides ſcribat: quęcũq; tñ de lapide lazuli refert, eadem oĩa fere a Græcis auctoribus Dioſcoride præſertim, atq; Galeno de lapide armeno ſcribuntur. Neq; uero mirandũ eſt Auicennã in lapide armeno qui etiã a noſtræ ætatis medicis ignoratur

De cicuta. hæſitaſſe: qui in Cicuta hærba adeo uulgari tam anceps fuerit, ac dubius: ut eã aliquando foliȝs cucumeris, aliquando mandragoræ, iuxta diuerſorũ autorũ opiniones conſtare tradiderit, & nũc eandem ſuccarã: nũc alpharas, & nõnunq; hyoſciamũ nigrũ appellet. Nã in ſuo de ſimplicibus libro ſecundo ſub ſuccaræ appellatione cicutam deſcribit: in quarto autẽ libro ubi de uenenis agit cicutã non ſuccarã, ſed alphaphars uocat: & exiſtimat ipſam eſſe Napellum, aut uenenum quod interficit hominẽ, & non interficit turdos. & poſtea ſubiungit eandem huius rei cauſam, quam affert Galenus non in napello, & turdis, ſed potius in cicuta & ſturnis.

De lapide lazuli Ca. XVII.

LApidem lazuli eundem eſſe cenſeo illi quem Dioſcorides atq; Galenus ſub cyanei appellatiõe notificant: quemq; idem Dioſcorides libro quinto uim deſtruendi, ac putrefaciendi habere teſtatur: atq; ideo nullus ex Græcis autoribus, ſicut lapidem armenũ: ita cyaneum quoq; purgandæ atræ bilis gratia docuit in pilulis deuorari: neq; me latet quędã eſſe, quę per ſe ſumpta ſint exitialia uenena, aliȝs tamen admiſta ſalutaria reddãtur. Sed dicat aliquis: quiſnam uſus, aut ratio hoc in lapide lazuli deprehenderit? niſi forte in eadem re Pœnis & Arabibus autoribus fidẽ adhibere uelimus, quos ueriſimile eſt lapidem lazuli a lapide armeno neſciuiſſe diſtiguere: cum unius uires ac proprietates in altero notent. huius ſiquidem erroris (ut Leonicenus ſcribit) nõ eſt omnino neq; ipſe Serapio expers: nam licet de lapide Lazuli tantummodo ſcribat, quo nomine lapidem armenum uoluit intelligi: quoniã uerba Galeni, quę Serapio in lapide Lazuli refert, ſunt ab eodem Galeno in lapide armeno ſcripta: in fine tamen ſubiungit ex cuiuſ-

Dioſcorides. Galenus. Serapio. Galenus.

dam Alchanzi sententia lapidem lazuli ha
bere uirtutem adustiuam, & putrefactiuã,
atq; ideo auferre uerrucas: hæc autem non
est lapidis armeni, sed alterius potius medi
caminis, quod a Græcis cyaneum, a latinis
Cæruleũ appellatur potestas. Ego quidem
sæpius pharmacopolas qui confectionẽ Al
chermes, & pilulas ex hermodactilis, ac fœ
tidas conficiunt huius erroris admonui: nec
cesso cotidie admonere: q̃uis maior inuete
ratę consuetudini, q̃ mihi fides adhibeatur
quod si me audiãt, neq; cõfectioni Alcher
mes, neq; pilulis e lapide lazuli eum lapidi
adiungãt, quo passim pictores utuntur: con
fectio eñ illa alchermes imo demoniaca po
tius q̃ iuuamẽti maximi pnitiosa est, ac pe
riculosa: omneis enim qui eã accipiũt, ĩ car
pos elysios, aut tartareas domos mittit. Mõ
tagnana quidem medicus sua ætate celeber
rimus lapidis lazuli usum periculosum exi
stimat, quoniam sæpius nociuus. Et per a
tem quam Alchimiam uocant factus uenu
datur: ego uero cũ Leoniceno tam naturã
lem q̃ ficticium cauendum censeo: quoni
non minus est uenenum, q̃ minium, quo
uulgo

De confectione Alchermes.

Montagnana.

uulgo cinnabriũ uocari indicauimus: atq;
ideo nihil de hoc lapide apud Græcos auto
res legitur, q̃ ad purgandam atram bilem
sit efficax: aut q̃ alios, q̃s de eo scribit Me
sues in confectione sua Alchermes præstet
effect?: quos uerius de lapide armeno affir
mari posse existimat Leonicenus. Nam &
Mesues ipe licet lapidem lazuli a lapide ar
meno distinguat, nõ tñ uires ac ꝓprietates
admodũ differentes in utroq; conscripsit.

Confectio alchermes periculosa

De endiuia, siue scariola, Intybo, Ci
chorio, ac cicerbita Capi. XVIII.

INtybum syluestre, aut satiuũ: syl
uestre cichoriũ apud Aegyptios
& Græcos uocatur, Satiuum Se
rim nominãt: quod est minus Ci
chorium propter salubritatem singularem.
Alĩ enchrestion, Alĩ pancration uocant.
Seris lactucæ simillima duum generum re
peritur: syluestris melior, quæ nigra & æsti
ua: hiberna uero candida & deterior: utraq;
stomacho utilissima. Petronius Diodorus
unus omniũ damnauit, qui antilegomena
scripsit. hæc ex Plinio: ut uerisimile sit hanc
esse quam hodie Endiuiam uocant: de qua

Endiuia. Cichoriũ. Intybum. Enchreston.

Virgilius. Virgilius in Geor. dicit. Et amaris intyba fibris. de sylueſtri puto loquiť, ꝙ frequẽs ſit inter ſegetes: nã cichorium Græci, nos intybum dicimus. De domeſtico quoꝙ Columella in hortis mentionem facit. Torpenti grata palato cichoria. quamꝙ Dioſcorides dicit cichoriũ uocari, quod latini cicerbitã aſperã uocãt, ueriſimile mihi nõ fit. Multa emm̃ ĩepta, imperitaꝙ, tũ pugnãtia de Endiuia, & cichoria, ſcariola, intybo ſcripta ſunt quæ putauerim librariorũ, & cõmentariorum, aut pharmacopolarum farcimina eſſe: nam Cicerbitæ nomen apud latinos nuſq̃ reperitur. Et noſtri pharmacopolæ lactucã ſylueſtrem pro ſatiua endiuia, quam ſcariolam noſtri uocant, ſuis in receptis ponunt. Neꝙ uero mirandũ eſt pharmacopolas noſtros in endiuia hærba hæſitaſſe quid eſſet, qui in eupatorio, lapide lazuli, Terebintho, caſia lignea, Raphano, ſcolopendria, adeo uulgaribus, dubiĳ ac ancipites fuerũt. Ego uero ueram endiuiam ſcariolã eſſe & ſatiuã credo: nam & Serapio ipſe endiuiã ſatiuam ſcariolã nominat: & eſt inquit alia ſylueſtris, quæ eſt Taraxacon; & eſt tertia

Columella.

Dioſcorides.

Cicerbita.

Serapio.

ſpecies quæ arabice dicitur candarel. Et ut Platearius ſcribit, endiuia frigida eſt & ſicca in primo ordine, quæ alio nomine ſcariola dicitur. Recentiorũ igitur pharmacopolarum ignorantia, ac negligentia effecit, ut lactuca ſylueſtri pro ſcariola ſiue endiuia utamur. Eadem negligentia factũ eſt, ut nõ ſolum hærbam ipſam endiuiã uocatã amitteremus: ſed & uocis ipſius ſignificatum, lactucã ſilueſtrem eius loco, coloris ſimilitudine decepti, accipientes: magis in hoc peccantes ꝙ in terebẽtina. Eſt enim lactuca ſylueſtris, quam endiuiã noſtri pharmacopolæ falſo nominant, radice breuior, & multicaulior, ꝙ ſatiua eſt, ſponte naſcens in aruis folio puſillo: & ubi conſummatum eſt, aculeato, caule candidiore, lacte copioſiſſimo, acri medicato. Sylueſtris lactucę plura genera ſunt, ut Dioſcorides ſcribit.

Platearius.

Dioſcorides.

De ſcolopendrio Ca. XIX.

Scolopendrium folia habet ſcolopendræ animali ſimilia, plura ab una radice: naſciť in petris & muris ſine caule, flore & fructu: folia inciſa uti polipodĳ, iferius ſubfulua, & craſ-

Scolopendriũ ea eſt herba quã pharmacopolæ cetera appellant.

ſa,ſuperius autem uiridia. Theodorus gaza thrialidē bibinellā, & ſcolopendriū linguā ceruinā conuertit:tamē ut de lingua ceruina taceā,quæ nō eſt Græcis ſcolopēdriū,ſed altera potius ab eiſdē hemionites nominata,illi quidem uiribus proxima, figura plurimū diſtās:quod enim uulgus falſo ſcolopendrium uocat,hærba eſt,quā nos linguā ceruinā uocamus. Ego,quoties ſcolopēdrio opus eſt,nō uulgari illa hærba, ſed alia quā noſtri ceterac uocāt uti conſueui.

De centaurio maiori Ca.XX.

Dioſcorides.

MAius centaurion caules habet geniculatos , folia lata,& oblonga, & radice dēſa:radix tenera fragiliſq;:durat annis nec ultra.xij. cōmendatiſſima in his quarū Dioſcorides meminit regionibus,præterq;ꝫ in alpibus: dicitur & centaurea & chironion, quia curatus ea Chiron ſit:cum Herculis pertractanti arma ſagitta excidiſſet in pedem. noſtri hærbarq; aliud centauriū maioris cognomine demonſtrāt,flore luteo,folijs per interualla binis,auerſa parte candicātibus , interna uirentibus,ſalice maioribus & connexis: fere

Chiron cē taurus.

Philocte ten alijs videtur iapſu fugitæ propter violatū iuſiurādum ſauciatum fuiſſe, & a Machaōe ſanitati reſtitutum.

eius radix eſſe ſubdulcis a Dioſcoride traditur:& qui eam norunt, ita eſſe experientia cōprobarūt. Ego ſane ſcio ipſam ab omnibus fere medicis ætate noſtra ignorari. Petrus aponenſis quoq;ꝫ differētia centena centaurium maius æuo ſuo incognitum fuiſſe teſtatur,licet ipſum milies uiderit, atq;ꝫ ad opera medicinæ frequēter adhibuerit:quod etiam noſtri temporis Medicis frequentiſſime cōtigit.radix illi eſt uaſta,ponderoſa, dura, longitudine ad bina cubita,ſucco plena,ſapore acri, cum adſtrictione dulcedine q;ꝫ aliqua rubeſcēs:& cuius pariter rubeſcat ſuccus,pingue amat ſolum,aprica loca,fructibus & arboribus conferta,& tumulos:ut ſcribit Dioſcori. abundat in Lycia, pelopone ſo,Helide,Arcadia & meſſene.Naſcit & plurimū etiā circa Pholoen,liciā,& Smyrnam.a Dioſcoride & Plynio centaureæ effigies ita deſcribitur,ut pene ante oculos poni uideatur. Si autem quis importunus cauillator quęrat,qualis ſit hærba,& quo noīe a noſtris uulgo uocitetur,cōſulto cælare uoluit Leonicenus:nos uero centaureā maiorem eſſe dicimus, quā uulgus falſo rhapon-

ticum uocitat. Omnia quæ a Dioſcoride in centaurea deſcribuntur, ita hærbæ & radici uulgo uocatæ rhaponticum quadrant, ut hãc eſſe ueram centauream nemo niſi ab ortu naturæ cæcus non agnoſcat: unde etiã duplex ſęculi noſtri error deprehenditur: alter ꝙ hærbam a ueteribus centauream nominatam pro rhapõtico recipimus, Alter ꝙ pro centaurea hærbam uulgarem, de qua nulla a priſcis autoribus fit mentio ad uſum medicinæ frequenter adhibemus abſꝙ ratione uel autoritate. Cẽtauream pro penthaphyllo eſſe ab Auicẽna ſcriptã facile eſt animaduertere: Paulus enim quẽ maxime ſecutus Auicẽna. fuiſſe uidetur Auicẽna, quum Andromachi compoſitionem recitat, in quadã eius particula ita ſcribit. Smyrnes, croci, zinziberis, Rhapõtici, pentaphylli, calamẽti, praſij, petroſelini, Stichados, & reliqua. eundem ordinem imitans Auicenna, ita notauit, Myrrhæ, croci, zinziberis, Rhabarbari, Centaureæ, calamenti montani, praſij, petroſelini, Stichados. Qui lucidius poſſit oſtẽdi cẽtaureã pro pentaphyllo poſitã, cum præſertim eãdem centaureã in eadem theriaces deſcriptione ponat Auicẽna: atꝙ in hac totius cõpoſitionis particula omnia quadrẽt in Paulo, & Auicenna prẽter centauream, pro qua pẽtaphyllon in Paulo atꝙ Andromacho legitur. Quod autẽ animaduertit Fulginas gentilis, qui cum uideret centauream bis in Auicennæ deſcriptione poſitam, & prætermiſſum pentaphyllon, non temere cẽtaureã pro pẽtaphyllo ſcriptam iudicauit. Quod uero pro Rhapontico Auicenna. Rhabarbarum ſcribit, eadem qua Andromachus Paluſꝙ menſura, non eſt admodũ admiratione dignum: quã enim radicem Græci Rhaponticũ uocant, eadẽ Arabes rheubarbarũ. Eſt uero longe diuerſa ab ea quã nos nulgo rhaponticũ appellamus: quæ nõ ut prior in his quę ſupra Põtum regionibus naſcitur, unde etiam nomen ſortita uidetur: ſed & in Gallia Narbonenſi, & in Italia, & in pluribus alijs naſcitur locis: hãc tamen noſtri tẽporis pharmacopolæ, & medici iuniores ꝓ rhabarbaro ea radice quæ a Grecis Rhapõticum appellatur geminato pondere ad eoſdem adhibẽt uſus. Quod ſi interrogentur, ubi apud Galenũ, Dioſcoridem, Paulum,

Gentilis fulginas.

Andromachus. Paulus.

Galenus. Dioſcorides. Serapio.

aut etiam Serapionem, atq; Auicennam de hac eadem radice quę eſt tãtum colore Rha barbaro ſimilis, figura uero, atq; natura, ac ſolo in quo naſcitur plurimum differẽs, alíquid legerint: tã reſpondere quid ſciuerint, q̃ de re ab omnibus pene ętate noſtra ignorata, quam tamen nos ſumus indicaturi: hic enim pharmacopolas, ac iuniores medicos admonere ſtatuimus, ne tam temere atq; inconſulte centaurea maiore pro Rhapontico utãtur: quum nullam ex probatiſſimis autoribus habeãt cognitionẽ: neq; de ea re uerã atq; ſecurã tenere poſſint experientiã. pro Rhapontico Auicenna & antiqui oẽs Rhabarbarũ ſcribũt: quã em̃ radicẽ Græci rhapontícũ uocãt, eandẽ Arabes Reubarbarũ maluerũt appellare, ſiue Rhabarbarũ. Serapio autoritate Dioſcoridis inquit, reu ſeu raued eſt radix nigra, lata, ſimilis centaureę maiori, niſi q̃a eſt breuior ea: leuis, ſine odore, cuius color eſt rufus quãdo maſticatur.

De eupatorio Cap̃. XXI.

Argemonium.

QVemadmodum in centaurea maiore, Argemonio, ac plęriſq; alíſ plantis cõtingit, ſic & in Eupatorio: ꝑ quibus diuerſæ ab his quas eiſdẽ uocabulis antiqui deſignarũt, cotidie a noſtræ ætatis medícis recipiuntur: quibus tamen non adeo Galenus, ac Plynius, q̃ Arabes autores, qui & ipſi alius aliter de eadem re tradiderunt, errandi occaſionem præſtiterunt. Auicẽna ſcribit Eupatorium habere folia cannabis, florem nenufaris. Meſues idem, Eupatoriũ foliſs cẽtaureę minoris, floribus ſubcitrinis, longitudine pauca conſtare. Serapio foliſs pentaphylli, aut cannabis: florem autem nõ explicat. A nobis orandum eſt, ut bona fortuna in uerũ incidamus autorem: hanc em̃ hærbã multi ueteres, quos Dioſcorides notat, putarũt eſſe uerã Argemoniã, cũ tamen hæc ſit ab eupatorio diuerſa: qui error ad nos etiã peruenit: hærba enim quæ eſt uerũ eupatorium a pluribus eſſe argemonium, atq; ideo corrupto paſſim agrimonia nomiñat. Sic uero a Dioſcoride, & Plynio Dioſcoridẽ imitãte deſcribitur, ut pene ſub adſpectum poni uideatur. hęc eſt Dioſcoridis in eadem hærba deſcriptio. Eupatoriũ hærba eſt, uirgã rectã, ſubtilẽ, nigrã, durã, aſperam, habens in ſummitate pilos: & longi-

Auicẽna. Meſues. Dioſcorides.

tudo eſt fere unius brachij, uel plus: & habet folia diuiſa abinuicē circa haſtā: & ſunt ſciſſa ſciſſionibꝰ quinq̄, aut ſex: & ſunt ī ſummita te īciſa ſicut ſerra: & ſunt folia eius ſimilia fo liīs pētaphylli, aut foliīs ſedenegi, ideſt can nabis: & color eorū eſt tendens ad nigredi nē: & in haſta eius a medio ſupra eſt ſemen: & ſuper ipſum ſunt pili: & eſt declinans ad inferiora pendens in hærba ipſa: in qua qui dem deſcriptione ea hærba pingitur, quam aliqui ab illa adhæreſcendi natura, quā fru ctui tribuit Dioſcorides, lupulam nomina rūt: nos uulgo agrimoniā uocitamus. Sed & alia quæ in eupatorio deſcribuntur, ita hærbæ uulgo uocatæ agrimonia quadrant, ut hāc eſſe uerum eupatorium nemo niſi ab ortu naturæ cecus non agnoſcat. Vnde etiā duplex ſæculi noſtri error deprehenditur: alter q̄ hęrbam a ueteribus eupatorium no minatā pro uera argemone recipimus, Al ter q̄ pro eupatorio hærbā uulgarē, de qua nulla a priſcis autoribus fit mētio, ad uſum medicinæ frequenter adhibemus. Eupato rium & eupatoria quoq̄ dicitur, foliīs plu moſis modo caulis, flore cādido, radice ſu

puacua. Mauritani (ut ſcribit Hermolaus) aliud eupatoriū demonſtrāt officinis penit diuerſū figura, ſed effectu par, ſcapo exiguo fere cubitali, folio cētaurij minoris, frutice odorato: ſed flore magis q̄ lute ei eſt, radice ſupuacua paſſim naſcit. Hermolaus barbarus.

De orobo Ca. xxij.

DAlladius libro. ij. ita ſcribit. Oro bus in menſe februario ultimo ſeri tur non pabuli ſecandi, ſed colligē di ſeminis cauſa: iugerum occupāt modij ſe ptem. Serenda eſt autem in terra proſciſſa poſt horā tertiā uel ſecundā, cum ros eſſe de ſierit, quem ferre non poteſt: ſed ſtatim coo perienda eſt ante noctem. Nā ſi nuda māſe rit, humore corrumpitur noctis. ob ſeruan dum eſt, ne ante lunā uigeſimāquintā ſera tur, quia ſic ſatā limaces perſequunt. Oro bus (ſi Iſidoro credamus) hęrba a grēco tra xit uocabulum: hoc enim illi orobon dicūt: quod cum ſit quibuſdā pecoribus infeſtū, tauros tamen efficit pingues. pharmacopo lę noſtri orobum eſſe putāt, quod nos uiciā dicimus: dicitur tamen a nonnullis q̄ ſunt duæ ſpecies orobi, quaſi unius generis: una uidelicet maior, & ſatiua trium angulorū, Palladius

Iſidorus hiſpalenſis.

quã Galli geſſiã uocant. Altera uero minor, & quaſi ſylueſtris, quæ uicia uulgari nomi-
Syluaticꝰ ne appellatur. Piſa, ut ſentire uidet ſyluatí-
cus Matthęus ſpecies ſunt orobi, de quibus
Galenus. Galenus in libro de cibis capit. decimoſex-
to. Sed uerius eſt orobũ eſſe legumen quod noſtri geſſiam appellare maluerunt.

De radice ſiue raphano Ca. xxiij.

RAdix, quã ut Varro inquit rapha-
Varro. non, & raphanida, & crambidion Græci nominãt, ſunt qui polyide eringium uocent. Aphri torphar. calefaci eadẽ, in cibo grata ori, ſed ſtomacho pari accommodata eſt. A noſtris pharmacopo-lis, medicis iunioribus & librarijs in raphano eligendo menda eſt maxima: inutilite enim (quodꝙ non ridere, ſed lamentari de-ceat) ſatiuo & notiſſimo oleri montani hor-bã præferunt, non intelligentes quãtoper-a raphano ſiue agreſtem, ſiue ſatiuã intelli-gant, differat, quę apios a pyri forma quam radix habet quondam dicta herba eſt. Nos uero, ni fallimur, quod uero ſimilius eſt ſici-ti dicimus in medicinis quãdo ſcriptum re-peritur raphanũ, de ſatiuo ac domeſtico in-

telligi debere: non de armoracia, aut ſylue-ſtri raphano. Auicenna raphanus, inquit, di-gerit, & nõ digerit. Alexãder quoꝙ aphro-diſeus in problematis refert calidũ eſſe, hu-mores exſiccare, & attenuare, mouere autẽ ex humoribus ſpiritus, ac eos exhaurire, & exanimare, dum per os eructat.

De nymphęa ſiue nenufare Ca. xxiiij. Nenufar.

NEnufar nymphæam Græci dicũt. Naſcitur in paludibus, & ſtagnã-tibus aquis. Nymphæa folia ha-bet Aegyptiæ fabæ ſimilia, minora tamen oblongioraꝙ quadamtenus ſuper aquam emergẽtia: florem candidum, lilio ſimilem, in medio quod croceũ ſit habentem: uulga-ris & nota omnibus hærba, qua nihil palu-ſtribus ſpecioſius naſcatur, & uiuat. Naſcit (ut Dioſcorides inqt) & alia nymphæa an-
Dioſcori-des. tedictæ ſimilis, radicem tamen candidã ha-bet & aſperã, florem luteum, ſplendentem, roſæ ſimilem: bibitur utiliter & radix, & ſe-men eius in nigro uino cõtra muliebres flu-xiones. hãc autem uidi apud Carnutũ Gal-liæ, habentẽ tamen florem citrinũ potius ꝙ luteũ: folia nenufaris oĩno ſimilia ſuꝑ aquã

De Turbith & Tripolio Ca. XXV.

TVrbith sunt qui psychen, q̃ tripo-
lium: Romani caliumarem appel-
lant. Nascitur (ut Dioscorides in-
quit) in maritimis locis, nõ tamen in arida Dioscori-
des.
neq; in mari, sed quo fluctus peruenit, & re-
gredit, folia habet glasto similia, crassaq;
uerum latiora: fertur flos eius cotidie mu-
tato colore uideri: matutino enim albet, me-
ridie purpurascit, uespere puniceo colore
fit. radix illi est candida, odorata, gustu fer-
uida: ea pondere duarum drachmarum po-
ta, per inferna aquas & urinã trahit. capitur
tripolium ad amulata contra ueneficiorum
noxas & alexipharmaca. turbith nomẽ est
barbarũ: barbari autem autores de ipso ua-
rie loquuntur: Aliud siquidem de ipso scri-
bit Mesues, aliud Serapio. Nomen em̃ tri-
Mesues.
polij apud serapionem allegãtẽ in eo Dio-
Dioscori-
des.
scoridem fuit a librarijs deprauatũ: nã qua-
de tripolio Dioscorides ac Plinius scripse-
runt, quod in maritimis nascitur locis, ubi
allidit unda: neq; ĩ mari, neq; in sicco, folio
isatidis crassiore palmeo, caule in mucrone

diuiso, radice alba, odorata, calida gustu: &
reliqua. hæc eadem Serapio de turbith scri-
bit, quod caricamõ uitiose p̃ tripolio nomi- Serapio.
nat: de quo errore minus sit mirãdum: quan-
do & apud Plynium non tripolium, sed tri-
folium potius corrupte legitur, adeo ut Ia-
nuensis dubitauerit, an sit idem caput de tri- Simon Ia nuensis.
folio apud Plyniũ, & de tripolio apud Dio-
scoridem, & de turbith apud Serapionem.
Matthæus Siluaticus autẽ duo capita scri-
psit, alterum de tripolio secundũ Dioscori- Siluatic⁹.
dem, Alterum de turbith secundũ Serapio-
nem: quasi turbith apud Serapionem sit
aliud a tripolio apud Dioscoridem. Si au- Dioscori-
des.
tem aliquis importunus cauillator quæ-
rat, quid sit turbith, quod describitur a Me-
sue apud Dioscoridẽ, dicere oportebit tur-
bith illud Mesuę non esse tripolium apud Mesues.
Dioscoridem, sed radicem alicuius hærbæ
habẽtis succum lacteum, acutum ex genere
Tithymalorum, seu lacticiniorum (ut iunio
res scribunt Medici) Tale enim est turbith
quod describitur a Mesue, nõ habens foliũ
simile Isatidi, sed ferulæ potius. Quocirca
Actuarius inter Græcos autor grauissimus Actuarius græcus.

(inquit) Turbith a barbaris uocatũ esse ra-
dicem plantæ quę a Græcis pitiusa uocatur.
In qua etiã opinione quidã alij Græci præ-
ter Actuariũ fuisse uidentur. Sed cõtra hoc
est q̃ hæc eadem radix a Serapione nõ tur-
bith, sed sebrã ex Dioscoridis, atq̃ Galen
Serapio, Galenus. pariter scripsit autoritate. Sed neq̃ illorum
opinio est omittenda, qui putãt turbith esse
radicem hærbæ, quã uulgo Soldanã nomi-
namus, passim in locis maritimis proueniẽ
Leonicen. tem: hãc tñ opinionem esse falsam Leonice-
nus in suis annotationibus clarissime p̃bat.
Sed iã ad illud redeamus, de quo præcipue
quęrebat, quid sit turbith apud Dioscoridẽ
quid uero radix illa quam pro turbith offi-
næ, ac pharmacopolæ uendunt. Ego quid-
diu multum laboraui, ut hærbã uirentem u-
derem, cuius radix turbith nuncuparet: n-
qui radicem tantum aridam ad nos afferũt
neq̃ ubi nascatur, neq̃ quali folio, aut flor
turbith insigniatur, sciunt dicere: fieri enim
potest ut radix illa, qua utuntur pharmaco-
polæ neq̃ sit turbith Mesuę, neq̃ etiam tu-
bith Serapionis: tantam uideo in his rebus
incuriã, quæ sunt in usu frequentissimo me-
dicorũ.

Si quis enim dixerit esse turbith
Serapiõis, illud obijcere possum?, quod tur-
bith apud Serapionem est idẽ quod tripo-
lium apud Dioscoridem. Radix autem tri- Dioscori-
polij secundum Dioscoridem odorata est: des.
qua uero nos utimur, p̃ radice turbith, oĩno
caret odore. Si uero alter asserat hãc esse tur-
bith descriptam a Mesue: cum sit illud tur- Mesues.
bith secũdum eũdem Mesuen ex genere la-
cticiniorum, hoc est, earum plantarum quę
habent lac, maxime acutũ, interrogabimus
ipsum, quidnã tãdem erit ex his, quæ a Dio-
scoride, uel Serapione describuntur? An ali Serapio.
qua species Tithymalorum. Sunt aũt octo:
sed nulla earũ esse potest turbith a Mesue
descriptum: nulla siquidem ex illis habet fo-
lia similia ferulæ, qualis hoc turbith a Me-
sue designatum, ut cõstat ex Dioscoride & Dioscori-
Serapione singulas Tithymalorum species des.
per folia, ac flores, & reliquas proprietates
describentibus. Sed neq̃ lathiris est, quam
pharmacopolæ catapuciam minorem uo-
cant, neq̃ peplios, de qua Dioscorides agit
inter alias quæ lac acutum emittunt: huius
enim radix inutilis est. Eadem ratione neq̃

Meſues. peplion, ideſt portulaca ſylueſtris. Forte autem neq; uere ſcribitur a Meſue turbith eſſe de genere earum quæ lac habent. Siquidem Meſues inquit Mezereon eſſe plantã lacticiniorum maiorem: quæ tamen planta ab Arabibus mezereon nominatur, eadem a Græcis chamelea uocatur: ut conſtat conferenti caput de chamelea apud Dioſcoridẽ, cum capite de mezereõ apud Serapionem, Auicẽna. & etiam apud Auicennam: quã conſtat nõ eſſe de numero lacticiniorũ. Dicimus ergo Serapio. turbith apud Serapionem eſſe tripolium, & apud Dioſcoridem etiam: quod quidem Serapio neq; ipſe mezereon, ſicuti neq; tripoliũ Dioſco. lacticinijs annumerauit. Meſues igiť ponit turbith inter lacticinia: apud Dioſcoridem. uero Serapionem eſt planta, quam Dioſcorides uocat tripoliũ. Neſciẽs Ianuenſis hoc nomen turbith apud duos autores æquiuoce dici: apud alterum de planta habente lac, & folio ferulæ ſimili: apud alterum de planta carente lacte: & folium iſatidi, ideſt guado ſimile gerente: propter uerba Meſuę de turbith quoq; inter lacticinia cõnumerauit.

Ad lectorem. Vide cãdidiſſime lector, quot & quales difficultates, & quidem inexplicabiles occurrunt Medicis iunioribus Arabum autorũ doctrinam ſequentibus, ob eorundem autorum non modo a Græcis, ſed a ſeipſis diſcordiam. Quare nulla alia inter tot quę de ſimplicibus medicinis habentur, & maxime de turbith ambiguitates relinquitur uia, niſi ad ſenſum iudicem confugiamus: & ſi plã tam uirentẽ habere poſſumus, cuius radix pro uero turbith affertur, nunquid ſit ex genere lacticiniorũ, uel alia, diſcutiamus. Turbith igitur uel ad nos non affertur, uel ſi affertur, a nobis nõ cognoſciť: uix tamen crediderim ſyncerum & recẽs adferri: nã quod hactenus uidere potui, odore, colore, ſubſtãtia lõge a qualitatibus ueri diſtabat. Sed & Arabes apud quos eſt præcipue in uſu, uarijs adulterari id modis querunť: inueniriq; in turbith quod ad intra corpus aſſumptũ mortiferũ eſſet, niſi forte extra hoc periculũ nos ſumus: qui non optimo ſolum, ſed bono etiam turbith caremus: nam quę turbith loco habetur, pro odore ſuauitatis apud Serapionem & Dioſcoridem teterrimum uirus cum ſuo Meſue obolet. Sed carere nos

Senſus verus iudex non decipitur.

Meſues.

turbith, quod corpora noſtra ualde turbet,
& a longinquis regionibus petendum ſit,
Serapio. eſt mirũ: at quis non miretur ſimul & ægre
ferat turbith nos deſyderare, cũ ut Serapio
ſcribit debilitatem in animo propter horri-
bilitatem & abhominationem ſui ſaporis
inferat: & tamen dicat idem autor radicem
eſſe odoriferam, & albam, quæ maſticando
calefaciat linguam, generans uentoſitatem,
ſubuerſionem, & nauſeam, ac ſtomacho no
ceat ualde. Cauẽdum autem nobis eſt, ſi diu
uiuere uolumus, a turbith, ne corp̃a noſtra
turbet: ſumme em̃ corpori humano nocet,
Meſues. ſiue ſit quod Serapio odoriferum eſſe affir-
mat, ſiue de genere lacticiniorũ: ut Meſues
aſſeuerat: ualde enim nocet, adeo ut quoſdã,
uel ob ſolam hãc cauſam, peſſimos incurri-
ſe ac lętales morbos apud Lugdunũ, ac Car
nutẽſes Gallos cognouerimus. Erat em̃ qui
dã Neuſtrius natiõe Medicus apud Carnu
tũ Galliæ, q̃ (ut ferebat) ad omne ægritudi
nis genus turbith exhibebat. Audiuim⁹ ex
his q̃ turbith ſumpſerũt, q̃ plurimos paucis
diebus uitam finiuiſſe: multi etiam ex his ex
turbith exhibitione in uarias inciderũt ęgri-

tudines: adeo noxium atq̃ pernitioſum eſt
quo utimur turbith: plurimi tamen ex his
qui ad ualitudinẽ deducebantur, Medico-
rum Nicolai Pariſiẽſis, ac Petri Oui cura, Nicolaus maioris doctor medicus pcelebris.
& diligentia ad priſtinam reuertebantur ſa-
nitatem. Inter ignotas ergo medicinas tur-
bith adnumerat: quod in Italia, Gallia, Eu-
ropa pene nũq̃ uiſus a medicis, uix digno-
ſcitur. Mittere igitur pituitã, aut phlegma Notatu dignum.
perito Medico cum agarico electo, ut expe
ditiſſimum eſt, ſic cum turbith periculoſiſ-
ſimum.

De coſto Ca. XXVI.

COſtum & coſtus dicitur: huius ra
dix in p̃tio, fructus ĩutilis. Plini⁹ Plinius.
Indicũ dũtaxat uidet nouiſſe co-
ſtũ, primo ſtatim introitu amnis
Indi in Patale inſula compertum, duo eius
genera faciens: nigrum, & quod melius
eo indicat, cãdidum. Dioſcorides de coſto Dioſcorides.
inquit: qui ex Arabia adfertur, primã habet
bonitatis exiſtimationem coſtus, qui candi-
dus, leuis, plurimo & eximio odore: ſecũdę
bonitatis indicus eſt, ſpecioſus, niger, & fe-
rulæ modo leuis. Tertiæ Syriacus, ponde-

roſus, colore buxi, odore ſenſum tentãs: pro batiſſimus oĩm recens, candicãs, undiq; plę nus, & denſus, qui itidem arida ſoliditate ſit, nullas teredines ſenſerit, nec uiroſo odo re ſentiat, feruido & erodẽte guſtu. Eſt co ſto uis & natura calefacere, urinam ciere, & mẽſes ducere. Verum coſtum, ideſt Indicũ apud Plinĩũ, uel Dioſcoridem, neſcio ſi no ſtri pharmacopolæ hoc ſęculo uiderint, ſicu ti nec amomum, aut myrrham, uel Bdellĩũ. Eſſe eius tria genera Dioſcorides uoluit. Ex quo Dioſcoride intelligere quoq; licet, quã tum uulgaris noſter coſtus diſtet a uero co ſto, nihil cum coſto Indico, uel Arabico ha bens commune, inodoratus cum ſit, & peni tus adſpernabilis, imo nihil habẽs quare co ſtus Indicus, uel Arabicus putari debeat: ut Dioſcoridẽ & Plinĩũ legẽti, rẽq; ipſam in manu habẽti facile cõſtabit. Coſtũ cũ dico, Arabicũ, uel Indicũ, ac aromaticum intelli go: quem pharmacopolæ ignorãt, ipſi non uiderint.

Dioſcori des.

Dioſcori des.

De Bdellio Cap. XXVII.

BDellium (ut ſcribit Dioſcorides) ſunt qui madalcõ, & qui blochõ ad pellant. Romani pariter Græcis

Bdellium dicũt. Saracenicæ arboris lachry ma bdellium eſt: probatur in eo quod gu ſtu amarum, tranſlucidum, taurino glutini ſimile, in profundo pingue, & cum tractat lenteſcens, ſine ligno, ſine ſordibus, cum in cenditur, odoratum: & humano ungui colo re ſimile. Affertur ex India bdellium ſordi dum, nigrum. Affertur & ex petrea Arabia aridum, reſinoſum, liueſcens: adulterat ad miſto gummi. Bdellium in nomine eſt (ut Galenus inquit) Scythicum & Arabicum. Galenus. Scythicum nigrius, reſinoſiuſq;: Arabicum tranſlucidius, & ſiccius: ſed carere nos Bdel lio & myrrha quæ & pretioſa ualde, & a lõ ginquis regionibus petenda, non eſt miran dum. At quis non miretur ſimul & ægre fe rat bdellium, & myrrham nos deſyderare, quod enim uulgo bdellium uocamus, non nulli pharmacopolæ Myrrhã dicunt: quod uero myrrham uocamus, nonnulli bdellĩũ eſſe uolũt. Sed quicquid tandem ſit, conſtat commune bdellium & myrrham nõ id eſſe quod Dioſcorides & Plinius myrrham, & bdellium eſſe uolũt. Recentiorum autem ne gligẽtia effecit, ut bdellio & myrrha caren

tes,quodam alio adulterato gummi ꝑ bdel
lio & myrrha utamur: ſicuti & Laricea re
ſina loco therebẽtinæ,quę ex Chio optima,
ex Lybia & Ponto etiam bona olim affe
rebatur.

De Rhamno & Ribes Ca.XXVIII.

Dioſcori
des.

RHamnum quidam albam ſpinam
uocant:Aphri aradim: frutex rha
mnus eſt.Naſcit(inquit Dioſco
rides)circa ſepes rectis uirgis,&
acutę ſpinæ modo,folia habet parua,& ob
longa,mollia, modice pinguia. Eſt præter
hanc & alia rhamnus candidior itemq; ter
tia,nigrioribus latioribusq; cum rubore ali
quo foliis,quæ ramos cubitorum fere quin
q; longitudine profert:ſpinoſiorem quidẽ,
uerum infirmioribus,nec penitus integris
ſpinis,fructu lato,candido,tenui,folliculi fi
gura uerticillo ſimili:faciunt illita omniũ fo
lia ad ſacros ignes,& quæ ſerpunt.ferũt præ
terea Rhamnus appoſitis pro foribus, fene
ſtriſue ramis eius omnium ueneficiorum ar
cere maleficia.hæc Dioſcorides.De Ribes

Iſaac
Ebẽama
ran.

Iſaac ebemamaran ita ſcribit,eſt planta ha
bens capreolos recẽtes,rubeos,ad uiridita

tem tendẽtes:& habet folia magna,lata,ro
tunda,uiridia:& habet grana, quorũ ſapor
eſt dulcis cum acetoſitate:& ipſa eſt frigida
& ſicca in ſecunda manſione: & ſignum ſu
per hoc eſt acetoſitas eius, & ſtipticitas: &
infrigidat ſtomachum.hæc Iſaac. Hanc em̃
plantam putauerunt multi ex recẽtioribus
pharmacopolis eſſe ſpeciem Rhamni parũ
ſpinoſam,ferentem rubeum in modum ber
beris fructũ:habet enim fructus ille ſtiptici
tatem cum dulcedine ac ponticitate quadã:
eſt enim fructus frigidus & ſiccus in ſecun
da manſione ſecundi ordinis: ſtringit uen
trem,& extinguit bilem flauam, ac acuita
tem ſanguinis.hoc fructu a paucis annis ci
tra loco ribes Galli ac Itali utuntur. Care
re nos ribes,& a longinquis regionibus pe
tendum,nõ eſt mirum:rhamnum igitur no
ſtram rubeam loco ribes,& duplam ex illo
accipere debemas portionẽ:puto enim ego
hoc tempore penitus ribes ignotum, ſicut
& coſtum, & amomum, & caſiam,aroma
ticumq; calamum:niſi forſitan quis cõcede
ret Ribes idẽ eſſe cum Rhamno noſtro ru
beo,ſtiptico,pontico cũ dulcedine quadã.

De Ribes
apud Gal
los.

De ſpodio Capi. xxix.

Quid Spodium.

INter reliquas errorũ cauſas, qui proximis ſæculis acciderunt, hãc fuiſſe non minimam puto: quod Medici nihil de ſimplicibus me-

Pharmacopolarũ errores.

dicamentis cognoſcentes, pharmacopolarum arbitrio compoſitiões medicaminum permiſerunt: inde factum eſt, ut pro terebẽtina lariceam reſinam, & pro ſcordio herba allium ſylueſtre eius loco acciperẽt. Sic eadem negligentia factum eſt, ut pro ſpodio

Auicẽna.

quod apud Auicennam radix eſt cãnarum aduſtarum nobis ac Auicennæ ignota, recẽtiores pharmacopolæ Ebore combuſto, ſiue dente elephantis combuſti utantur. Eboris autem tantam uim eſſe nonnulli fide digni ſcripſerunt, & præſertim Dioſcorides,

Dioſcorides.

ut digitorum rediuias ſanent illita eboris ramenta: eſt enim illi adſtringendi natura, & uis. Paulus Aegineta non ex dentibus tã-

Paulus Ægineta.

tum elephãtis, quod ſolum Ebur eſt, ſed ex unguium, aliorumq; oſſium ramentis reme-

Serapio.

dium hoc cõficit. Et ut inquit Serapio capi te. cccclviij. Limatura dentis elephantis eſt ſtiptica: & emplaſtrum ex ea curat panariũ

tiũ: puluis eius cũ ſucco plãtaginis datus ualet ad dyſenteriã & emopthoicã paſſionẽ.

De Acacia Ca. xxx.

ACacia naſcitur in ægypto: eſt em (ut Dioſcorides inquit) ſpina arboreſcens, fruticoſa, nec recta, in altum creſcens, flore albo, ſemine ſeu lupinorum cãdido, in ſiliquis clauſo, e quo ſuccus exprimit̃; ſiccaturq; i umbra ex maturo niger, ex imaturo rufus. Expri-

Dioſcoride.

mũt aliqui etiã ex foliis una cũ ſemine: naſcit̃ prę terea ex ſpina hac gummi: adſtringendi, refrigerandiq; uires acacia habet, oculorum medicinæ accõmodatus eſt acacię ſucus: prodeſt & ſacris ignibus, pernionibus, ulceribus his quos herpetas dicunt, & digitorũ pterygiis. Siſtit oris ulcera: uirtus eius eſt frigida in ſecũdo ordine, ſicca & ſtiptica in tertio. Verã acaciã neſcio ſi Gallia hoc ſęculo uidit, q; neminẽ adhuc audiui ambigẽtẽ: id quod paſſim ex India & ægypto præcipue a Luſitani regis claſſe in Europã inue-

Luſitani.

hit̃ eſſe uerã acaciã. Pharmacopolę uero noſtri loco acacię ſuccũ prunellorũ inſpiſſatũ, acĩ electuarij formã redactũ accipiũt. Poſ-

Dioscorides. sunt (ut Dioscorides inquit) & sylueſtriũ prunorũ cũ maturuerũt ſiccari fructus, qui etiã in ſapa decocti ſtomacho utiliores, & ad cohibendam aluũ aptiores fiunt. Syluestris pruni bacca manifeſte aluũ adſtringit: eſt enim agreſte prunum auſterioris, fortisq; uirtutis: hoc ſiccũ etiam dyſentericorũ certum eſt adiuuare: gummi huius arboris potatum calculos frangit, cum aceto tritum ac illinitũ faciei lachrymas optime purgat.

De ſanguine draconis, Cinnabari, & Minio Cap. XXXI.

Plinius. PLinius libro. xxxiij. ſcribit uulgarem ſequendo opinionem cinnabarim cuius color in picturis proprie ſanguinẽ reddit, eſſe ſanguinem draconis eliſi elephantorum morientium pondere, permiſto utriuſq; animalis ſanguine: quam quidem cinnabarin utilem antidotis, medicamentiſq; eſſe confirmat. Medicos uero ſui temporis, qui pro hac cinnabari utebantur minio, quoniã & ipſum cinnabaris uocaretur, iure reprehendit: nam hæc cinnabaris, quæ etiam minium dicitur, uerum eſt, cũ ex ea fiat argentũ uiuũ: quemadmodũ uiciſſim ex argento uiuo fit cinnabaris ficticia, quam nos uulgo cinnabriũ uocamus. Cõſulo igitur cũ Leoniceno quemadmodũ hanc cinnabarim in uſu medicinæ fugiendã, ita non ſuadeo draconũ atq; elephãtorũ ſaniẽ ex India petendam: nam & fabuloſum eſſe putem cinnabarim illam quæ ad uſum picturæ & medicinæ adhibetur, ex utriuſq; animalis ſanguine permiſto concinnari: grauiſſimi teſtis Dioſcoridis me facile mouet autoritas, qui quinto ſui uoluminis libro, in quo de metallicis tractat, falſo quoſdã aſſerit exiſtimaſſe, coloris ſimilitudine deceptos, cinnabarim ſanguinem eſſe draconis. Omnes tamẽ fere noſtra ætate medici Auicennæ atq; Serapionis errorem ſequentes, id genus ſanguinis draconis, quod in uſu eſt, ſuccum hærbæ cuiuſdam arbitrantur, quæ a Græcis Sideritis uocatur: ſed de ſideritide quidem hærba, omnibuſq; eius generibus pleniſſime ſcripſit Dioſcorides: ex nulla tamen eiuſdem ſpecie talẽ exprimi ſuccũ edocuit, quo Medici pariter atq; pictores ad ſuũ utriq; opus uterentur. Qui igitur paſſim in medicamentorũ offi-

Leonicen.

Dioſcorides.

Dioſcorides.

cinis uenalis exponiť ſanguis dracõis, aduſ
terinus eſt, licet eum pro uero medicinę uſu
recipiamus: quemadmodum uilem quan
dam terrã, atq; uulgarem pro lemnia terra
quã ueteres medici lemniũ Sigillũ appellã

De ambra Cap. xxxij.

AMbra ſi non ſit ſperma Ceti, ingẽ
nue fateor me neſcire quid ſit. Al
qui dicũt fructũ eſſe arboris in m
ri, Aliį gũmi, Aliį manacor fontis in mar
nonnulli iecur piſcis, Aliį uero ſpumam m
ris, Aliį autem eſſe ſtercus cuiuſdam anim
lis: nonnulli ut Serapio, & cum illo Arab
Serapio. oẽs dicunt generari in mari, ut fungi in te
ra. Et qñ inquiũt turbatur mare, eiį cit a fu
do eius lapides, & cũ illis fruſta ambrę. A
bra igiť quid ſit, a noſtris pharmacopol
ac medicis omnibus ignorať: conſtat tam
non eſſe uenenum: ſiue enim ſperma ceti ſ
ſiue fungus marinus, ſiue ſpuma, non ent
eſt exitialis ꝓmutatio, hoſce atq; alios, q
& ipſos reprehenſione dignos errores, qu
doquidem interitũ manifeſtũ nõ afferũt,
donemus illis.

De ſcammonio ſiue ſcammonea Ca. xxx

GRæci probatiores neutro genere
ſemper ſcammoniũ liquorẽ uo
cauerunt: Dioſcorides tamen ſcã- Dioſcori
moniam appellitat, Aegyptį ſa- des.
uilũ, Romani colophoniũ a regione nomi
nant, cotidiani eĩ in medicina uſus res eſt:
nulluſq; non audito alterius nomine intelli
git quod ad purgationes præſentem & ma
ximã uim habet: nouerũtq; omnes quẽ uen
dunt officinæ concretũ ex radice hærbæ li
quorem, quæ multis quidẽ locis prouenit,
probatiſſima autem tranſmarinis regioni
bus, præſertimq; Aſia, & toto colophonio
agro: ex qua regione factũ illi aliquãdo fuiſ
ſe nomẽ id a gentibus teſtatur: quæ dũ pro
batiſſimũ ſcãmoniũ quærũt, & ex colopho
ne Aſiæ id petunt, paulatim fecerũt, ut quę
bonitatis nota erat, in nomẽ & appellatio
nem tranſierit. Meminit ſcãmoneæ Theo- Theophra
phraſtus nono de plantarum hiſtoria, mo- ſtus.
nuitq; primũ ex ſola radice eius liquorem
excipi, mox contra quam Dioſcorides de- Dioſcori
creuit unius tantũ liquoris uſum in ſcãmo- des.
nea eſſe: noſtri autẽ aliquando & radicis de
coctione in quibuſdam utũtur: aliį uero ſuc

cum inſpiſſatum ſcãmoneam eſſe uoluerũt. Aliqui uero mauri pro ſcãmonio ſumũt hęr bæ ſuccũ: quã, licet quid ſit hærba illa a mul tis ignoretur, conſtat tamen non eſſe ſcãmo niũ: noſtri Medici huius ſcãmoneæ uſum quæ ex ſucco hærbæ ac radice colligitur, p bãt. Eam autem quam ex liquore Dioſcori des excipit, reiiciunt, uel ea carẽt, qualem ex Myſia Aſiæ afferũt. Neqꝫ eſt in probatio ne id ſolũ animaduertendũ, ut linguę adm tus areſcat: ſequit enim hoc etiam adulteri no admiſto illi lactariæ herbæ lacte: repro bantur qui in ſyria & iudea naſcũtur ſcãm neæ liquores uiroſi, denſi lactaria hærba & erui farina adulterati. Sed quis mortaliu talẽ dignoſcat, neſcio: utinam nullũ ſcãmo niũ mare trãſiret: nam ut uoluit quidam e philoſophis antiquioribus, cathartícis u uenenatis periculoſum eſt: unde ad teſtam torũ inſidias ſæpe oboritur occaſio: in qu re & officinarũ fides neceſſaria eſt: & ut G lenus ſcribit, Scãmoniũ medicinas omne exacuit, quod & ſtomacho inimicum pe hibetur. Miſeret me humanæ uitæ, quar uideo cotidie ſub Arabibus ĩ uſu ſcãmonę

Scãmoneæ uitia & nocumenta.

tanq̃

tanq̃ ſæuis tyrannis periclitari: nam ſi radi ces uenenatas, ut turbith, qui multos tur bat, & ſcãmoneã, quę plurimos necat, intra corpus accipi iuſſerit Auicenna: non tanq̃ principe, ſicut medici iuniores eum appel lant, ſed tanq̃ ſæuo tyranno periclitari: nã ſi radicem uenenatam turbith, uel ſcãmoneã intra corpus iuſſerit adhiberi, eã noſtri qui dam medicorũ in ægrotãtibus adhibere nõ dubitant. contra ſi radicem ſalutarem, & ue nenis aduerſantem dari uetuerit Auicenna, tanq̃ medicinam pernicioſam illam medi ci etiam celebres non audẽt dare: Ipſe enim Auicenna radicem pentaphylli a Dioſcori de commendatã ad uenena mortifera, ſe cundo canonis ſcribit eſſe medicinam per nicioſam, adeo ut Michael Sauonorola no ſtro tempore propter ſcripta quæ de medi cina edidit clarus, nõ auſit eam in quartana dare non aliam ob cauſam, niſi quia damne tur a principe ſuo. Tantam habet Auicẽna apud Montiſpedenſes, Patauinos, ac Tici nenſes autoritatem, ut medicinã mortiferã faciat ſalutarem, ſicuti (ut ſcribit Leonice nus) pedẽ coruinũ, ſalutarem autẽ pernicio

Auicẽna.

Auicẽna.

Dioſcoride.

Sauonorola.

Leonicenus.

ſam: ueluti radicem pẽtaphylli, uel eius ſuc-
cum. Nam & Iacobus de dondis cognomẽ-
to aggregator huius radicis ſuccũ inter ue-
Auicẽna. nena perniciosa ex Auicennæ numerat auto-
ritate. Melius enim feciſſet Auicenna, ſi ſcã-
moneam naturæ humanæ aduerſantem da-
ri uetuiſſet, tanq̃ medicinam pernicioſam,
& Gallis ac Italis ignotam. Eſt autem ſcã-
Serapio. monea (ut ſcribit Serapio autoritate Aben-
menſuay) nocens ſtomacho & hepati, & di-
minuit appetitum cibi, inducens anxietatẽ,
& nauſeã. Et ab ea (inquit) cauere homini-
bus melius eſt: & multi ex his q̃ ſunt calidę
complexionis, poſtq̃ ſuſceperunt eam, in-
currunt febres acutas: eſt enim in ea (inquit
Meſues. Meſues) uentoſitas mordicatiua, & faciens
in ſtomacho ſubuerſionẽ, nauſeam, & ęſtua-
tionẽ laborioſam. Inſunt (inquit) ei calidi-
tas & acuitas habilis inflammari, & ꝓpter
hoc facit cadere in febres: fit etiã per ipſam
attractio uehemens, & dilatatio orificiorũ
uenarum, quia facit cadere in immoderatũ
fluxum: quoniam in ea eſt ſeroſitas operans
ad excoriationem uiſcerũ: generat dolores
acutos, pũgitiuos, & facit cadere in dyſen-

teriã, & tenaſmonẽ: debilitat cor, hepar, &
ſtomachum. Hæc ſunt quæ de ſcãmonea ue-
ra, & naturali, pura ſcripſerunt Arabes. Si
autem a me quæris quid ſit ſcãmoniũ, quod
a noſtris pharmacopolis pro uero ſcãmo-
nio uenundatur, dicere oportebit ſcãmoniũ
illud non eſſe ſcãmoneam a Dioſcoride de-
ſcriptam, ſed ſuccum alicuius hærbæ haben-
tis ſuccum lacteum, acutum, ex genere Ti-
thymalorũ ſeu lacticiniorum, (ut iuniores
medici loquũtur). Tale enim eſt ſcãmoniũ
quod a noſtris pharmacopolis uenundatur
pro ſcãmonea: uix enim crediderim ſyncę-
rũ & recens ſcãmoniũ afferri. Nã quod ha-
ctenus uidere potui, odore, colore, ſubſtan-
tia longe a qualitatibus ueri ſcãmonij diſta-
bat. Sed & Arabes ac Græci uarijs adultera-
ri id modis queruntur: inueniriq̃ in offici-
nis pharmacopolarũ ſcãmoniũ quod intra
corpus aſſumptũ mortiferũ eſſet: niſi forte
extra hoc periculũ nos ſumus, qui ſcãmo-
nio, uel ſi malueris ſcãmonea nunq̃ utimur:
ſed pro ſcãmonio aloen, rhabarbarũ, aliaue
magis benigna pharmaca imponimus.

Scãmonium uenenoſum.

De aſphalto ſiue bitumĩe iudaico C. xxxiiij.

Dioſcori-
des.

ASphalton Romani bitumen dicũt: bitumẽ oẽ (inquit Dioſcorides) antecedit iudaicũ: ꝓbat quod pur puræ modo ſplendet, ponderoſumq;, & fir mo odore eſt: damnatur contra quod nigro colore ſordet: adulteratur enim admiſta pi ce. Naſcitur in Phœnice, Sydone, Babylo ne. Gignit apud Aruernos inter Claromõ tem ciuitatem, & urbiculam quam ponte caſtrum incolæ appellant bitumen liquidũ fontibus ſupernatans, quo ad lucernarũ lu mina uice olei incolæ utuntur. Gignitur & in Sicilia Agrigentinorum agro liquidum, ut Dioſcorides ſcribit, Siculum oleũ falſo appellãtes. Siquidem liquidi bituminis ge nus eſt, bitumen noſtri dicũt: unde lacus Iu deæ ubi naſcit Aſphaltites uocatus, quo Io danis amnis e tyberiade lacu altero profe ctus influit lacũ Aſphaltitem. Galenus in Syria eſſe ſalſum, & ꝓpterea mare mortuũ uocari prodidit. Iudaicum bitumen ideo a Dioſcoride oĩbus aliꝭs præferri, quod effica ciſſima oĩm aliorum ui & natura ſit: idq; in dicio eſſe, quod ut Strabo in deſcriptiõe Iu deæ teſtat, ex interuallo ui ſua ſolidiſſimis

Strabo.

metallis, & auro rubiginem, & aſperitatem inducat. Verum enim bitumen iudaicũ uel ad nos non affertur: uel ſi affertur, tanti pretij exiſtit, ut totius antidoti pretiũ peruertat: uix tamen crediderim ſyncerum afferri Iudaicum; nam quod hactenus uidere potui, odore, colore, ſubſtãtia longe a qualitatibus ueri bituminis iudaici diſtabat. Sed & Galenus, & Dioſcorides uarijs adulterari id modis queruntur.

De Colofonia Ca. XXXV.

COlofonia apud Plinĩũ pix eſt Erica, ſic dicta ab Erice filio Veneris, qui uictus ab Hercule mutatus eſt in montem ſui nominis, in quo creſcunt arbores, quarũ gummi dicitur colofonia: inde ericina carpos, fructus illius arboris. Alii qui picem græcam appellant, cum in Græcia abundet plurimũ. Serapio aſſerit autori tate Dioſcoridis colofoniam eſſe reſinã quę colligitur ex pinu maſcula. Platearius affirmat colofoniam eſſe gũmi cuiuſdam arboris quæ in Græcia reperitur: unde pix græca dicit. Pharmacopolæ uero noſtri in ſuis officinis pro colofonia fecem olei non tere-

Plinius.

Dioſcori-
des.

Platear⁹.

benthinæ,sed gummi laricis post eius sublimationem pro uera colophonia uenũdant, in hoc ut in alijs plurimis errantes.

An cerui habeant in corde ossa Ca.XXXVI.

Aristoteles.

COpia neruorum in corde est: idq; (ut inqt Aristoteles)recta ratione: hinc em̃ motus oriunt̃, qui intendẽdo,remittendoq; efficiuntur:itaq; ministerio tali & robore opus est. Cor em̃, inquit Aristoteles,sine osse est oĩm quę nos nouerimus,præterq; equi,& generis boũ cuiusdã. In corde autem cerui(ut scribit Plateari⁹ Platearius)reperit̃ in sinistra parte cartilago quędam habens carnis portionem paruam: & est subrufa, parua,ad longitudinem & latitudinẽ ossis Dactyli:in capris aũt circa pectus reperiũtur nõnullæ cartilagines lõgiores,& latiores,ac tortuosæ,nõ carnosæ,nec subrufæ,sed albiores,ac molliores:de illa tñ cartilagine quæ in officinis a pharmacopolis nostris uenundatur,& pro osse siue cartilagine de corde cerui utimur ,sit uera cerui cartilago,si tibi quod sentio , respõdero,uereor ne nimium proterue uidear uniuersam

De cartilagine cordis cerui.

nostri tẽporis medicinã uertere:nã si ꝓbare contendero cartilaginem illã, quã pharmacopolæ,ac iuniores medici ad usum medicinæ adhibent nõ esse cartilaginem de corde cerui,sed potius capræ , aut bouis:cum etiã inquiet aliquis portulacã,qua uescimur ueram esse portulacam,non inficiaris: non ita tamẽ sumus animati:absit enim a nobis tãta temeritas,ut omnia pharmacopolarũ ,ac iuniorum placita uelimus demoliri:sed sicuti multa eorũ probanda censemus,ita plura sunt in quibus autores ueteres magis sequẽdos iudicauimus:plures etenim tales cartilagines ab uno pharmacopola Lugdunensi uno in mense uenũdantur,q; in tota Gallia cerui moriantur.

De agallocho, idest ligno aloes Ca.XXXVII.

LIgnũ aloes,siue agallochon lignũ est quod ex India & Arabia affert̃, thyę ligno simile,pũctis distinctũ, & maculosum,odoratũ,cũ amaritudine aliqua gustũ adstringens. Cortex corij similitudinẽ habet,colore uario: cõmanducat̃(ut inquit Dioscorides)ad oris & animę suaui- Dioscorides.

tatem: decocto eius itidem in eũdem usum colluitur os: incẽditur uice thuris etiã, & ua poratur ad odorem. Græci xiloaloen facto ab amaritudine nomine, quasi aloes lignum appellãt: uerũ enim lignũ aloes raro ad nos affertur: uel si affertur, tanti pretij existit, ut totius antidoti pretiũ peruertat: uix tamen crediderim syncærũ, & recens afferri: nam quod hactenus uidere potui apud pharmacopolas nostros, & ĩ usu est, odore, colore, substantia, longe a qualitatibus ueri distabat. Sed & omnes medici uarijs adulterari id modis queruntur: semel enim Lugduni in officina Renati uillaterij pharmacopolæ peritissimi uidi xiloaloen: erat enim & colore, odore, substantia, ac omni experientia cum agallocho a Dioscoride commendato omnino simile.

Renatus pharmacopola.

De serico siue bombyce, quẽ setã pharmacopolæ appellãt Ca. XXXVIII.

SOmbycina uestis olim nobilium, nunc quoq; infimorũ sine ulla discretione, quę serica a Serico, quod depectũt Seres populi nominatur, bombycina uero a bombyce. Sunt enim bombyces uermiculi, ex quibus Necydalus, aranearũ more fila emittentes ad uestes, luxusq; mortaliũ: Prima hæc retorquere, rursusq; texere inuenit in Co Hippocratis insula mulier Pamphile: apud nos ad prolẽ seruati in papiliones exeunt, qui oua parturiẽtes emoriũtur: hæc aprili mense inter mãmas a mulieribus habita per pauculos dies uermiculos edũt, qui folijs celsi arboris in storijs papyraceis nutriti crescunt ad minimi fere digiti magnitudinẽ: clariq; & translucidi facti cõportant in ramulos gestiuos, ubi pensa euomentes illa nidulo ouatæ formæ quo includuntur circundant: postea sole siccata arte ad fila trahũtur: e quibus uariæ infectis uestes plurifariam & texuntur, & cõponuntur. Serapio scribit setã esse calidã & siccam cũ temperamento: & est confortans cor, clarificat sanguinem: quare ponitur in medicinis cordialibus, ut in dyamusco. Quidam pharmacopolę comburunt illã, sed pessime faciunt, amittit enim uirtutẽ ex cõbustione: sed debet subtiliter incidi, & teri cũ margaritis, & karabe, & coralis rubeis: & sic facile teritur. Quidã eam abluũt, sed male: uirtus

Hippocrates.

Serapio.

De seta cõbusta.

enim in decoctione deperditur: & quando inuenitur seta adusta & torrefacta debet te ri, ut dictū est, nō cum igne torrefieri.

De manna, Saccharo, zuccharo, & cando Ca. xxxix.

SI quis īportunus cauillator a me petat saccharū illud antiquorum medicorum, an in totū perierit: & si adhuc in usu est, quęnam res sit. respondebo una cū Manardo, rationi cōsen num uideri: quū res mera naturæ fuerit: nul lum cultū artēq; desyderans, q̄ extet adhuc & ad eam rem quā nunc mannā uocant, refe ratur. Quod si quis adhuc pergat quærere quo nomine ea res quæ nunc mānа dicitur, ab antiquis fuerit appellata. Dicā, si ulla est eius apud antiquos mentio, esse inter mella.

Galenus. Mouet me primū Galeni autoritas libro de alimentis mel roris, uel mel aeris supra plā tas dicentis coagulari. & Plinius libro dec mosexto capite octauo, sic scribēs. Robora

Hesiodus. ferunt & uiscum, & mella: ut autor est He siodus: constatq; rores melleos e cęlo cade tes, non alijs magis insistere frondibus. cōi firmat Suidas, licet in nomine nō cōueniat

mel syluestre uocans. Mannæ porro & sac chari affinitatem ostendit eorum concinni tas, quā de hoc antiqui, de illa Arabes reli quere. Firmat inter cæteros Auicenna capi te ultimo. lib. ij. zuccharū alhusar (sic enim Auicēna. ipse loquitur) esse mannā, scribēs cadentem supra rem, quam uocat alhosor, similem sa li: a qua forte similitudine interdū saccharū ab eo sal Indū nominatur: præcipue lib. iiij. capite de asperitate linguę: ubi tenere in ore docet salem qui ab india deportatur, colore salis, dulcedine mellis. Ex quo capite notari etiā potest differētia inter saccharum, quod ibi uocat salem indum, & zuccharum: quo niam utriusq; ueluti diuersę rei seorsum me minit: licet libro. ij. utraq; eodem capite cō fudisse uideatur. Crediderim igitur ego an tiquum illud saccharū parum a uocata nūc mānа differre: & utrunq; inter mellis gene ra cōprehendi, solumq; proprie saccharum dicendum, ex india aliquādo, uel felici Ara

De cando. bia portatum, uocatū candum: quia nimia solis excandescentia multū obdurueratnon portari hoc tempore: quoniā ex nostro zuc caro quater uel quinquies excocto lucri ma

soris corradēdi gratia Seplasiarij Portugalenses, ac Veneti rem similem facere didicerunt: Arundines quoq; ipsi immittentes, supra quas uideri possit conglobatū: & gaudent sapio inuoluentes, ut naui ex orientalibus regionibus inuectum putetur. Candum igitur naturale, antiquis Saccharū nominatū, nuncupata nūc manna differre nō uidetur, nisi q̄ hæc supra alias plantas, & aliquando supra petras uarijs in regiōibus, etiā in Galia nostra Allobroga circa Brianſonem unbiculam reperitur. Illud tantū in felici Arabia & India, in arundinibus, maioribus frustis, maioriq; duricia ob uehementiores solis radios, aptioraq; ad id tolerandū arundinum folia coagulatur: unde etiam fit q̄ non æque ut manna aluū leniat: quando & intercuocatas mānas eæ magis citare aluum uidentur, quę sunt liquabiliores. Si uero adhuc quæpiam nostrum hoc zuccharū quo nomine antiqui appellarint, quęrat: dicam nullā esse eius apud antiquos mentionem: dico antiquos, qm̄ Medicis qui post Galenū de eo est crebra mētio. Sed & Statius quodā loco nostrū zuccharū agnouisse uidetur scribēs

Saccharū.

Galenus.

Et quas præcoquit Ebusita cannas. Fuit tamē hic Dioscoride & Plinio iunior. Si cui autem res incredenda uideat de re tam nobili antiquos medicos non scripsisse, consyderet q̄ multa sint nostro æuo pretiosissima antiquitati penitus ignota, ueluti casia nostra fistula, Ambra, Moschus, Camphora, Iubetum, aliaq; non parum multa. De mānna autem dicendum est medicos antiquos generatim tantummodo, non autem specialiter fuisse locutos: licet Mesues falso Galenum tribus in locis alleget de manna loquētem: sic enim capite de manna, & capite de scāmonea, & capite de confectione mannæ ex inuentiōe Galeni. Manna em̄ apud Græcos autores non est medicina molliens uentrem, sed potius adstringēs: & frequentius manna thuris, quæ manna simpliciter nuncupat: nā (ut inquit Galenus li. xij. artis curatiuæ) ea quę manna uocatur, est concussio thuris, quæ paruam quādam uim adstringēdi participat, atq; ob id ad quædam melior est ipso thure: hoc enim uim solam suppurā di habet: & q̄ minime stipticū existit, maximeq; illud quod pinguius est, & colore al-

Statius. Dioscoridēs.

Mesues.

Galenus.

bius: quemadmodum quod flauius est, magis exiecat. Illi autem quæ manna uocatur, parum quoddam ex cortice thuris admistū est, a quo uim stipticam habet.

De camphora Ca. XL.

Serapio.

CAmphoram succum hærbæ Platearius asserit: Serapio autem gūmi arboris nascētis in regiōe Calca & barigi: & est inquit gummi maculati, coloris rubei: & lignum eius est album, tenerum, quasi uelit fieri nigrum: & reperīt in corde arboris in particulis ligni que sunt ibi intus extensæ: color eius rubeus est, maculatus, & sublimatur ibi: & postea fit camphora alba. Platearius autem succum hærbæ affirmat, quæ in fine ueris colligitur ac teritur: & inde succus eius exprimitur, & soli exponitur, & siccat̄, & desiccata in camphoram reducitur: quæ frigida est & arida in tertia distātia, & ordine: ipe enim Platearius ex testimonio Dioscoridis succū hærbę esse camphoram docet: ego autem credo antiquos Græcorum non habuisse camphoræ, qua utimur, notitiā. Camphora autem qua utimur, ut plurimū res est ficticia, qui

Dioscorides. Platearius falsē Dioscoridem citat.

ius materia est uernix, & per sublimationē fit alba, limpida, clara, & leuis. Auicenna dicit camphoram esse arborem magnā facientem umbram hominibus, cui leopardi adhęrent, & non peruenitur (inquit) ad eam nisi certo tēpore anni. Vide quot difficultates, & quidem inexplicabiles, occurrunt medicis iunioribus Arabum doctrinam sequentibus de camphora, aliīsq; medicinis simplicibus, ob eorundem autorum non modo a Græcis, sed etiā a seipsis discordiā. Quare nulla alia inter tot quæ de simplicibus medicinis habentur ambiguitates, relinquitur uia, nisi ut ad sensum iudicem confugiamus.

Auicenna

De colocynthide, siue syluestri cucurbita, quā neoterici colloquintidam corrupto uocabulo uocant Cap. XLI.

DE colocynthide quæ syluestris cucurbita est caput īscripsim⁹, alioqui colocynthis parua cucurbita est. Sunt qui caprinam, qui alexādrinam, qui amarā cucurbitam uocent. Zoroastes thymbrem, Ostanes, Antogenes, Daci rustrasta, Romani syluestrem cucur-

bitã appellant: barbari coloquintidam uocãt. Omnesq; colocynthida describẽtes sylUestrem cucurbitã uocãt, & omnium maxime Plinius lib. xx. ca. iij. Cumq; Dioscorides ait trahere colocynthidem pituitam, bilemq;, strigmenta & aliquãdo cruenta, nihil aliud significauit, q; ui sua pellere excrementa illa: & præterea uiolẽtiore purgatione sanguinẽ, carnisq;, & adipis minuta rapleta est in maturitate, soluit superabũdanter, & educit sanguinẽ, & interficit; & quisigillatur ex toto germine plantę ut nascatur una colocynthida, illa pernicioſa est & est uenenum: & quæ nascuntur in terris fortibus iuxta loca reptiliũ sunt uenenosæ. Omnis autem colocynthis nocet cordi, stomacho, & iecori, faciens operatiões difficiles: & aperit orificia uenarum, apertiõe sanguinem fluere faciente. Quapropter iunioribus medicis cõsulo, ne colocynthide utãtur: est enim suspecta, pernicioſa, perimens naturã destruẽs: trahit pituitã colocynthis, trahit & Agaricus: trahit & bilem: trahit & rhabarbarum: colocynthis autem cũ uiolentia humores trahit: Agaricus autem ac rhabarbarum suauiter & absq; molestia: colocynthis uenenum est. Agaricus contra uenena esse perhibetur: colocynthis bilem cũ molestia trahit. Rhabarbarum uero illam trahendo membra confortat.

Dioscorides.

De cipro Cap̃. XLII.

Dioscorides.

CIprus (ut scribit Dioscorides) arbor est habens folia oliuæ similia, sed uiridiora, & paulo crassiora: semen nigrum, florem album, cum germine & odore bono. Est em̃ arbor aromatica in Aegypto, semię cãdido, & odorifero. Quæ coquitur in oleo, & exprimitur, unde paratur unguẽtum regale quod dicitur ciperus. Errant maxime parisienses pharmacopolę, accipientes ciprum pro oleandro, & oleandrum pro cipro. Est autem oleander hærba uenenosa, quam si animalia comederint, statim moriuntur. Ciprus autem est arbor: huius autem folia masticata tumorem oris cõpescunt: horum aũt elixatura fomẽto cõbustis medetur. Quidã hanc dicunt esse arborem, quã in Gallia & Italia ligustrũ uocãt, & etiã Alcannã appellant: & ut inquit Pli-

Audio a pigrisq; capriſolium ciprũ, siue liguſtrũ appellari, qm̃ eis foliis capræ præcipue vescãtur.

Nõ longe huic dissimilis iasia nascit, quę a gręcis cypros, ab arabib⁹ alcãna vocatur.

nius libro.xxiij.ex eo fit oleum, cuius natura calefacit neruos, & emollit.

De pulicaria quã noſtri policariã uocãt, Dioſcorides uero conyzã Ca.xliij.

IN conyzæ genere parua uocatur altera, quæ odoratior eſt. Altera maior, frutice, folijſq; minorẽ ſuperans, latiore ambitu, & graui odore: utraq; ut Dioſcorides ſcribit folijs oleæ ſimilibus eſt, quæ pinguia, & hirſuta habet: bicubitalem habet maior caulem: minor uero pedali altitudine erigitur, florem habet infirmũ, luteum, ſubamarum, qui in pappos euaneſcit, radices inutiles: poteſt & ſerpentes fugare, culices idem ſuffitu pellit: pulices præterea enecat. Eſt & tertiũ conyzæ genus, quæ craſſiorẽ, mollioremq; caulem habet, folijs tamen q̃ gracilis illa maioribus, minoribus tamen q̃ maior: pinguis hæc non eſt: multo tamen grauiore odore: iniucundior & inefficacior, in humectantibus locis naſcens. Confundit Plinius policariam, miſcetq; pluribus locis cum origano conyzam. Nec facile eſt eodem nomine duas diuerſaſq; plantas ab eo ſæpius appellatas, in hiſtoriæ medicinæ gratiã, & uſum ſecernere. Quidã thymũ dictũ haſce policariam maiorem dicunt, minorem autem Satureiam eſſe affirmant. Tria genera pulicarię ſiue conyzę Dioſcorides numerat, maiorem, minoremq;, & tertiã inter utranq; mediam craſſiore, mollioreq; caule, folijs maioribus minore, minoribusq; maiore. Quid uero ſit pulicaria, ſiue conyza incertum eſt apud pharmacopolas. Plinius policariã origanum eſſe affirmat. Alij haſce, ſeu thymũ: nonnulli uero Satureiam maluerunt appellare. Plinius priuatim Grecorum conyzam cimilam manifeſte appellauit. Quare pro comperto eſt Cimilã antiquis Græcis origanũ fuiſſe: potuitq; Plinius eorũ autoritate origanũ cimilam uocare. Neſcimus tamẽ an cimilam, quæ ſi latinis eſt, quę Græcis conyza, miſceri toties ab eo non debuerat. In Græca illa uoce certa omnia ſunt: in latina facile eſt ratiocinari cimilã, ſiue malis cimilaginẽ appellare, conyzã hanc, aut illi ſimilẽ fuiſſe. Eſt em̃ nõ Plinio tm̃, uerũ & Columellę, alijſq; ſcriptoribus frequẽs hæc uox.

Plinius.

Dioſcorides.

Nõnullis Dictamnꝰ dicitur.

De dictammo Ca.xliiij.

In codice Dioſcoridis legiñ diptānus. Dictamnus in creta naſcit.

PRopria autē Cretæ inſulæ dictā/mus hærba eſt, uiribus admirabilis, & ad plura utilis, preſertimq; ad mulierum puerperia: foliū pulegio ſimile habet: habet & in ſucco aliquid itidem ſimile, ſed ramus tenuiores: foliſ non ramulis, aut ſemine utuntur incolæ: ualet ad difficiles partus: alterutrum enim præſtare fertur, aut faciliores partus, aut in puerperio indolentiā: daturq; in hūc uſum bibenda in aqua. rara Dictāmus eſt, exiguo enim loco in Creta naſcitur: paſcūt eā etiam capræ in cibo eis amabilem & iucundā: ue/rūq; eſt quod fert de ſagittis, quibus ſi uulneratæ fuerint, dictammi paſtu ex corporibus per ſe deciduas dimittūt. Talis itaq; dictamn⁹ eſt, & has habet uires: quę aūt pſeudodictām⁹ dicit, ſimili folio, ſed minoribus ramulis eſt, uiribus etiā multo inefficacior: ñſdem enim auxilio eſt, ſed longe mitius & infirmius eo. Seruant eam in collo, ne efflato halitu inutilis fiat. Eſt & præter has alia dictammus nec figurā, nec uires eaſdem habens: ſiquidē folio ſiſymbriñ, maioribus ramulis, præterq; hæc, nec uires, nec uſus eoſ/

dē habet. hactenus Theophraſtus. Succurrit (ut inquit Dioſcorides) uenenatorū morſibus dictammi ſuccus cum uino potus: eſtq; tāta hærbæ uis, ut olfactu ea fuget: & admota enecet omnia quæ ictu, aut morſu uenenum relinquūt. Dictammo, niſi eā rurſus uenus ab ida ſylua deportet, oīno deficimus: flore em̄, caule, & ſemīecarere debet: qb⁹ noſtra hęc uulgaris maxīe abūdat: radicē uero hęrbę tenuē, & inutilē dicim⁹, quę noſtrę magna, & ad uſum ſola ueniēs neglectis foliſ, quę īponēda eſſent pharmaco, nō radix ipa. Dioſcori/des.

De Plinñ, & pluriū aliorū medicorū, ac pharmacopolarum in medicina erroribus ex Leoniceno, & ſi cōtra Leonicenū ſcripſerit Pandolphus collinutius, qui falcē in meſſem alienā ponere uidetur Ca. XLV.

ERrauit Plinius, cum dicit hærbā fraga ferentem eſſe pēthaphyllū. Fraga. Terra Lemnia.
Errauit etiā lemniam rubricam a lēnia ſpragide, ſeu terra ſigillata non diſtinguens. Errauit pariter putās glaſtum hærbam infectiuā eſſe ab iſatide differentem. Glaſtum.
Errauit in echi & alcibio, quas duas Echi.

Leucographida. hærbas putauit, cum tamen una sit. Errauit dicens leucographida esse hærbã, que tñ est species lapidis. Errauit de flore tripolij, miraculum flori polij adscribens. Errauit aristolochiæ proprietates radici ciclaminis assignãs. Errauit intybi speciem cychorium a medicis nominatã cum heliotropij generibus cõfundens. Errauit ipe Plinius duobus Arctius. Arctij generibus nomen personatiæ accommodãs, cum unum tãtum sit quod personatia nominat. Dubitauit Plinius de oxymirsine, nunqd sit myrthus agrestis, aut ruscus: Myrthus agrestis. de quo tñ nõ fuit dubitãdũ. Errauit ipse putãs lolium ab era differre, & similiter auenã Lolium. Auena. ab ægilope. Errauit pariter putãs nardũ celNardꝰ celtica. ticam & saliuncã esse hærbas diuersas. Errauit Plinius adserens milon arborem, interMilon arbor. fraxini species collocans. Errauit Plinius Auena. auenã maxime nudã describens: quã Theophrastus multis contegi tunicis nobis insinuauit. Errauit in phalãgio, quod reptile dicit fuisse Italiæ ignotum, cum tamẽ in Apu- Taratantula. lia parte Italię nascat, uulgo tarãtula noiat.

Apparens contradictio uidetur in uerbis Plinij aliquãdo scribentis in elephãtis nul-

lum setarum tegumentum, aliquando in eis- Elephãtum setæ. dem setas impenetrabiles. Plinius nõ est citra erroris suspitionem, uenenum Ixiam ui- Ixia. scum nominans: quoniam tale uenenum est aliud a uisco.

Errores Auicennæ apparentes ac manifesti. Ca. XLVI.

ERrauit Auicẽna credẽs tirum esse Tirus. serpentem diuersum a uipera. Errauit Auicenna in amaraco herba, Amaracus. quam dicit esse alacoen albam. Errauit etiã miscendo in quadã compositione theriaces Allium syluestre pro scordio hærba. Erra- Scordion. uerũt Auicẽna & Serapio putãtes carpesiõ Carpesion de quo Galenus loquitur esse cubebas. Hæsi- Cicuta. tauit Auicenna in cicuta hærba uulgari. Errauit Auicenna scribens de napello, & tur- Napellus. Turdi. dis, id quod Galenus de cicuta testatur & sturnis. Errauit Auicenna cicutam hyoscya- Cicuta. Ixia. mũ nigrum nominans. Errauit ipse gũmi rutæ agrestis cum ixia ueneno confundens. Napellus. Error Auicennæ est napellum uenenũ exitiale propinãtis, & radicẽ penthaphylli me- Penthaphyllon. dicinã pernicioſam nominantis: quæ tñ est medicina salutaris, & ualens cõtra uenena.

Ab Auicēna Galenus male allegatur in fructu, quem Arabes carnubium, Græci ceratia nominant, latini Siliquam dulcem.

Carnubiū

Siliqua.

Iuniorum medicorum de simplicibus medicamētis præcipui errores Ca. XLVII.

Hærba isatidis.

Errauit Matthęus siluaticus in hærba Isatide, quā putauit esse radiculā. Errauit Nicolaus, qui pro Aspalatho, quem Arabes darsisaā nomināt, corallos ponit in theriaca. Errauit Serapio, cū dicit Oxymirsinen, idest ruscū esse arbuscula ferentem cubebas. Errauit Theodorus in centaurij maioris radice, quā fel terræ nominauit, cum tamē dulcem habeat saporē. Errauit Petrus Aponensis dictus Consiliator, cum dicit centaurium maius fuisse sua ætate incognitum: cuius tamen radice ipse Aponēsis sępe in usu medicinarum suarum usus fuerit: sed nesciens esse radicem centaurij maioris, sed potius rhapontici. Errauit Theodorus, cum dicit thrialidem hærbam bibinellam, scolopēdrium autem linguam ceruinam. Errant iuniores medici, qui pro glaucio, uel memite papauer cornutū accipiunt. Simon Ianuensis male tripolium in-

aspalathō.

Oxymirsine.

Cētaurea.

Aponēsis error.

Scolopendrium.

Glaucīū.

Simon Ianuensis de tripolio.

ter lacticinia numerauit. Matthęus siluaticus, siqua est huius hominis autoritas, in litera l, lisinaltatur, quod nomē apud Arabes significat linguam bouis, ipe boraginem interpretat. Quare forte melius fuerit, eū buglossam, de qua Dioscorides, Galenus, & auctores Arabes utrunq; allegātes ad usum medicinæ adhibemus boraginem potius, q; illam, quæ passim buglossa nuncupatur, recipere: atq; ita falsum erit id quod Montagnana existimauit Auicennā nihil de borragine dixisse. Negari autem non potest, quin borago sit alterum duorū apud Dioscoridem, aut crission, aut buglossum. Quare iuniores medici ac pharmacopolæ, utrū uelint, acceptent: aut q borago sit uera buglossa: aut q eius hærbæ usus non sit ad illa utilis, ad quæ ipsi arbitrātur. nos autem opinamur boraginem ueram esse buglossam. Si tamen borago sit Crission apud græcos, uerum erit, quod a Montagnana scribitur, tam multa de boragine a iunioribus Medicis temere prædicari: satis enim monstrauimus multum in omni scientia conducere rerum uocabula recte intellexisse, presertim

Error siluatici.

Dioscorides. Galenus.

Montagnana.

Borago vera buglossa.

Montagnana.

in medicina, ubi tanto cum discrimine, & aliud pro alio medicamentum, & inexper-tum pro experto, & noxium pro innocuo propinatur: quanto etiam cũ periculo unus pro alio morbus intercuratur. Si ampliora legere cupis de boragine & bugloſſa, Leonicenũ, ac Collinutiũ uide: nã hic per modũ epitomatis ſolum deſcribimus errata.

De Rha, ſeu rheon, quam nonnulli rhecoma, uulgus rheubarbarũ uocat Ca. XLVIII.

Tanais fluuius.

TAnais fluuiꝰ, ut ab Ammiano Marcellino hiſtoriæ ſuæ. xxij. uolumine traditũ eſt, inter caucaſeas oriẽs rupes, per ſinuoſos labitur circũflexus, Aſiãq; ab Europa diſterminans in ſtagnis Meoticis deliteſcit: huic Rha uicinus eſt amnis, in cuius ſuperciliꝭs uegetabilis quædã eiuſdem nominis gignit radix, ad multiplices medelarũ uſus proficiens: quod nouiſſe non parum iꝭs fuerit, qui ſolicitis animis diu fuerũt, & adhuc ſunt: ponticæue huic radici eadem, an alia ſit quam noſtra ætas cotidiano medicinæ uſu rheubarbarum appellat, græci uero rheon, Plinius Rhecoma, Pœni Ra-

Rha fluuius.

Rhabarbari plura nomina.

uedſeni: hoc Celſus radicẽ ponticam, Dioſcorides rha, & iuxta quoſdam rheon, ſecũdum alios Rhian, aliquando rheoponticũ appellãt, quod uidelicet Dioſcorides & Plinius eam odore carere dicerẽt, re ipſa, & experimento ualde odoratam comprobauimus: & manifeſtum ueritati præbet experimentum, adeo ut neceſſario alterum concedendũ uideatur, uel falſa illos ſcripſiſſe, uel hanc non eſſe ueram rheon: in qua cõtrouerſia eſt Manardus uir ĩter iuniores medicos doctiſſimus, uolens quaſi medius incedere, dicit & affirmat Dioſcoridem & Plinium de uiridi loquutos: eam uero quę ad nos adfertur, ualde ſiccam eſſe: & aliqua eſſe aſſerebat quæ humiditate ſuperflua obtundente, donec ea reſoluatur abſqꝫ odore perſeuerẽt: aliqua e contrario quę ſicca nullum, uiridia magnum odorem mittant, & experientia, & Theophraſti autoritate cõſtare: ſicuti eẽ nõnulla quæ ſiue recentia, ſiue antiqua ſint, proprium odorem ſpirẽt. In qua reſponſione uidet Manardus hoc pacto & antiquos a mendacio tueri, & recentiores in ea radice quam pro uero rheo habent approbare. Eo

Celſus. Rheopon ticum.

Manardi opinio.

Dioſcorides.

Manardꝰ.

antiqui ad uentris purgationem non utebā-
tur,ſed antidotis miſcebant,& ad plæroſq;
uſus alios adhibebant: quos operæpretium
non eſt hoc loco referre, quando ex Plinio,
Galenus. Dioſcoride, cæteriſq; facile diſci poſſunt.
Primus(quod meminerim)Auerrhous co-
Auerrho? dubēſis Galenum,cęteroſq; medicos taxās,
qui cōſtringere illud putauerunt,nedū ſub-
ductiuum uentris,ſed inter cætera purgan-
tia medicamina eſſe ſcripſit præcellentiſſi-
Meſues. mū:quē ſecut? Meſues,ubi medica pharma-
ca ſalutaria,quę bñdicta uocat,recēſet, ſerio
ſam & honorificā illius mentionē facit. Cu-
hac in re,ſicuti & in reliquis,recentiores me
dici credentes,tanti illud fecerunt,ut aliqui
do auri precium ęquarit. Neq; ad alios fere
uſus noſtro æuo accommodant,q; uel ad bi
lis uacuationem,uel ad inteſtinorū difficul-
tates, uel ad eos qui de ſublimi aliquo loco
ceciderunt. Quicquid tamen ſit,non eſt am-
bigendum eam prærogatiuam non habuiſ-
ſe apud antiquos inter cathartica, quā nunc
habet. Quæ res non mouere nos debet, ut
minus illud hac in re faciamus: quādoquidē
neq; mirobalanos ĩter ſolutoria medicami-

na,& mannā,&ſiliquā indam,quam uulgo
caſiam uocant,ex purgātibus nunc præſtā-
tiſſima habuerunt,item ambram,ſandalos,
& moſchum nobiliſſima quidem,& effica-
ciſſima medicamina penitus ignorarunt,
aliaq; permulta noſtro ęuo explorata,& ſu
preme celebrata. Antiquos cum dico, Hip-
pocratē,Archigenem,Dioclem, Aſclepia- Aſclepia-
dem,& Galenum intelligo:qui nō ,ppterea des.
tamē accuſandi ſunt:ſiquidem nec omnia co Galenus.
gnoſcere, nec eorum quæ cognoſcebāt oēs
etiam uires ſcire potuerunt. Nec enim falſo
Rheo adſtrictoriā uim adtribuerūt: ipſum
nāq;,ſicuti pleraq; alia utraq; ui pollere dici-
mus adſtrictoria uidelicet,& purgatoria ex
ioānis Meſuę,& recentiorū oīm autoritate,
ipſaq; experiētia didicimus. Ego tñ nō cre-
do idē fuiſſe apud antiquos rheon, & apud
nos nūc rhabarbarū.rhabarbarę ✓o noſtrū
iter medicinas bilē,pituitāq; expurgātes eē
perexímiū,adeoq; ab his nocumētis quę ſe-
cum reliqua cathartica afferre conſueuerūt
immune, ut pueris,prægnātibus,cæteriſq;
imbecilioribus tuto exhíbeatur. Eſſe autem
iecinori congruentiſſimū non ſolum hī,ſed

Dioſcoride. & Plinius, & Galenus, Dioſcorideſq; de ſuo rheo conteſtãtur. Plinius bibi rheu co tra capitis grauitates affirmat. Dioſcorides febrientibus cum mellicrato, in febriẽtibus cum cenomelite: ſtomaticis in catapocijs ex hibet: nos pro morborum uarietate, patien tis temperatura, cõſuetudine, ætate, atq; ſe genus cæteris, modo huic, modo illi rei mi ſcemus noſtrum, prout tamen cõducere a hitramur: ut nihil perpetuum habentes, id a maiorum ueſtigijs ratione ac experimen to nõ diſcedentes. An cum caſia ſumendum anceps quęſtio eſt: & utrinq; rationibus, au toritatibuſq; munita. Sed pręter efficaces hu tis rõnes, huiuſmodi cõmiſtio experimẽti multipl'r cotidie cõprobat'. Mediocris au erit, ut ex caſiæ liq̃re uncia una, ex rhabar baro drachma una recipiat': q̃bus (ſi Meſu credimus) ſcrupulũ dimidiũ ſpicæ ſuperad demus.

De ſene Ca. xlix.

Galenus. DE ſene nondum uidere potui qui de illo ſcribũtur a Galeno: q̃uis le gerim apud Meſuen capite pro prio autoritate Galeni decoctionẽ eius c iure gallorum, aut gallinarum ſoluere ſin

moleſtia in quãtitate multa. Sed non mire ris lector cariſſime, ſi in capite de ſene Me ſues contra rei ueritatem citet Galenum, cũ de manna ipſe Meſues falſo Galenũ tribus in locis alleget: ſic enim capite de manna, & capite de ſcãmonea, & capite de confectio ne mãnæ ex inuentione Galeni: cum manna apud Græcos autores non ſit medicina mol liens uentrem, ſed potius adſtringẽs, & fre quentius manna turis, quæ manna ſimplici ter nuncupatur. Hic tamen medicos iunio res commonefacere oportet, etiam in libris græcorũ ſicuti Dioſcoridis, atq; Galeni de fene nõ legi, prout uim habet aluum purgã di, atq; melancholiã educendi: de quo Ara bes autores loquuntur. De hac enim tam fa moſa apud Arabes, ac iuniores medicos me dicina neq; Hippocrates, uel Galenus, neq; Dioſcorides quicq; (quod legerim) cõme minerũt. Eſt tamẽ medicina nobilis: uirtus enim eius calida eſt & arida, paucæ tamen caliditatis & ariditatis: habet autem (inquit Serapio) uirtutem magnam purgandi me lancholiã, ac flauam bilem: & fortificat ſub ſtantiam cordis, quando miſcetur cum uio

Meſues.

Dioſcoride.

Serapio.

la: & potio decoctionis plus confert q̄ ip̄m
tritū: & dosis inqt sicci triti est a drachma.
Mesues. & in decoctione drach. quinq̄, & confer
scabiei & pruritui. Et ut scribit Mesues, e
medicina bona febrium melancholicarū, &
antiquarū. Nascitur circa Babyloniā, & i
Arabia: folia solum in medicinis competū
Nostri pharmacopolæ sene abutuntur, acc
piunt enim folia cuiusdā arboris in Galli
nascentis, quæ arbor fert uesicas limpidas
ut piscium sunt uesicæ. Nonnulla autem d
sene ex industria prætermisi uel multū tr
Sene gallicum nullo dicit Ba guenaude uialia, uel a temerarijs hominibus cum sen
gallico, & nece multorum tentata.

De Agarico Ca. L.

AGaricum in arboribus nascitur
fungi similitudine circa Bospho
rū, colore candido, masculus an
rior: Galliarum quoq̄ glādifer
maxime arbores agaricum ferunt. Est aut
(ut dixi) fungus odoratus in summis arb
Dioscori- des. ribus nascēs, noctibus & relucens, & can
dus: ideoq̄ in tenebris decerpitur. Dios
rides scribit Agaricū radicem esse. Alij u
ro affirmāt nasci agaricum in truncis arb
rum

borum. Diuersitatem autem hanc fecerunt
nō satis noti quondam agarici natales, ad
ferentibus alijs radicem esse, alijs arboribus
fungorum modo adnasci. Genere (ut inqt Dioscori-
Dioscorides) differt agaricum: estq̄ in eo des.
alterum mas, alterum fœmina: bonitate an
tecedit fœmīa, rectas ītus pectinū modo ue
nas & diuisiones habens. Masculum in sei
psum cōuolutū, rotundumq̄, & undiq̄ cō
cretum est. Ferūtq̄, inquit, aliqui plantæ ra
dicem agaricum esse: quidam in truncis ar
borum ex corruptione fungorum modo fie
ri. Nascitur ī Galathia Asiæ, Siciliaq̄ in ar
boribus, uerū friabile, & īfirmū, aluū unius
alteriusue drachmæ pondere cum mulsa
aqua potum purgat: aduersatur præterea
uenenis drachmę pondere in diluta uini po
tione datum: serpētum ictibus & morsibus
pondere trium obolorum cum uino potum
egregie succurrit: omībus in uniuersum in
terioribus uitijs accommodatum est pro ui
ribus, & ætate sumētium datum, alijs cum
aqua, alijs cum uino, alijs cum aceto mulso,
alijs cum mulsa aqua. Agaricum (inquit
Mesues) quē sapientes laudauerunt est fœ- Mesues.

mina,habens proprietates quinq;,uidelicet ut sit albus & leuis,& uelocior,frangibilis, & porosus,& rarus ualde:& ut appareat in principio dulcis,deinde succedit ei amaritudo & stipticitas.Est calidum in primo ordine,aridū in secūdo.Agarici,inquit Mesues, Mesues. duo sunt genera,scilicet masculus,& fœmina:masculus inquit est malus,& est ille qui est longus,& grauis:sed potius credendum est Dioscoridi, cq̄ Mesuę,sicuti & in simplicibus omnibus.Agaricum masculum in se ipsum conuolutum,rotundumq;,& undiq; concretum est apud Dioscoridem. Mesues Dioscoridis. autem affirmat masculum esse longum,& graue: & sic Mesues masculū pro fœmina accipit,& fœminam masculi loco commendat.Sunt in agarico multa quæ in antiquioribus,& melioribus græcis, aliter cq̄ in impressis legūtur:& interea quæ nihili,& quę multifacienda sunt,quæ negligi sine periculo possunt, ut sunt,nasci agaricum in trūcis (ut communis habet lectio)arborum:ut meliores codices,radicū. Galenus libro sexto simplicium pharmacorum capite sexto inquit.Agaricum est radix arboris, aut planta quæ oritur in aliqua arbore. Virtus eius

est dissolutiua,& incisiua materierū grossarum,& propter hoc aperit opilationes hepatis,& renum:& curat ictericiam,quę fit ex opilatione hepatis,& est medicina laxatiua.Et in libro ad Paternianum ita scribit Galenus. Agaricū ab arboribus excrescit, Galenus. prout tubera uel boleti: uires autem habet acriter relaxātes,& uenenosis morsibus,& potibus resistentes: sic & uentrem purgat aliquatenus,& phlegma, & cholerā deponit:ideo nec dolorem, nec uomitum facit. hæc Galenus.

De aloe Ca. LI.

DIfficilis ubiq;,& in cunctis(ut uidetur)amara aloe est. Scillę folia habet aloe,& ut inquit Dioscorides, crassa,pinguia,ī rotūdo modice lata,repādaq;,florem candidum, semē Dioscorides. asphodelo æquale:tota grauissime olet, & in gustu amarissima aloe est. Nascitur & in Arabia,Asiaq;,& maritimis quibusdam locis,& insulis.Eligito pinguē aloen, syncęram,& sine calculis,aut arenis splendētem, rufo colore,friabilē,iocinoris modo concretā,facile liquescentē,& quę egregia amaritudine sit.Reprobanda ediuerso quę nigro

colore est, nec facile liquescit. Est aloes uis & natura ab extra adstringere, somnum cõciliare, siccare, corpora densare, aluũ soluere, & stomachum purgare: aluum pota soluit, trium uero drachmarum pondere egregie purgat. Aloe (inquit Galenus) succus est hærbæ quæ est similis scillæ: optimã, inquit, iudicamus quæ est frangibilis, gleba munda, pinguis, splendida, munda & subrufa, & gustu amarissima, si bibatur: & uẽtrem soluit, & purgat putredinem, & cholera, & phlegma cũ oximelle data, drach. ij. stomaticis & epaticis magnum adiutorium est. Et est aloe, ut sexto simpliciũ capi. xxiij. scribit Galenus, medicina desiccatiua in tertio ordine ariditatis, & calida ĩ primo extenso, aut in secundo represso: & est cõfortens stomacho præ omnibus alijs medicinis, & consolidat fistulas profundas: & confert apostematibus quę fiunt in ore, in naso, & oculis. hæc Galenus. Platearius somniando tria aloe posuit genera, Epaticum, Succotrinum, & Caballinum. De epatico & caballino tã famosa apud pharmacopolas nostros, ac iuniores medicos aloe genera, neq;

Galen⁹ de simplici medicina, libro ad paternianũ.

Mesues aloen aperire venas & sanguinẽ asserit, cũ, vt Pliniũ taceã, Dioſco. & Gale. ratio & experictia cõtestẽt, ꝙ sanguinẽ vndequaq; fluentẽ sistat, etiã si p screatum emittatur.

Dioscorides, neq; Galenus quicq; cõmemi- Dioscorides. Galenus.
nerũt. Mesues uero utroq; ætate multo posterior, hoc tm̃ de succotrĩo dixit. Aliud est quod fit in succutri, Aliud in Persíde, Aliud in Armenia, Aliud in Arabia. Et melius est ex his succutrinum, post illud Persicum: deinde armenicũ: & deterius est Arabicũ. Quapropter diligentius aduertendum, ne cum in libris Dioscoridis & Galeni, aut uero Pauli, ac Oribasij aloen scriptum inuenimus, alterum putemus intelligi, q̃ succotrinum. Quo quidem in errore scio plęrosq; pharmacopolas, ac iuniores medicos frequẽter ĩplicari. aloe hepatico aut caballino pro uero aloe utuntur, cum semper Aloen succotrinum ad usum medicinæ potius debeant recipe ex Dioscoridis, Galeni, & aliorum medicorum græcorum autoritate, qui alia genera (si qua sint) uident neglexisse, si cuti & alios hęrbarũ succos & fructus, quos autores Arabes, & medici iuniores illos sequentes in frequenti usu habent, omnino despexerunt. Adulteratur aloe, uerũ deprehenditur amaritudine in gustu, & odoris firmitate: quodq; friata digitis non resoluitur

Dioscorides.

Iuniores medici.

uſq; ad minimū ramentum: miſcent etiã in adulterato aliqui acatiã: ut Dioſcorides inquit. Aloe ergo ſuccotrinum magis laudatur, & ab extremis Arabiæ, Perſidis, & Armeniæ partibus ad nos uehitur: uimq; purgatoriã nõ minorẽ agarico, ac rhabarbaro habet: quã certe ſi in hepatico, aut cabalino antiq; iueniſſent, nõ ſilẽtio prętermiſſent.

De ſpina alba, quã Arabes uocãt bedeguar Ca. LII.

PRo ſpina alba quã Perſæ, & Arabes uocant bedeguar, quoniã hæc a pharmacopolis ac iunioribus medicis ignoratur, utuntur ſpongiola roſæ ſylueſtris, quæ in ſpinis naſcitur: nã & ſi hæc plurimũ in medicinę uſu differat a ſpina alba, non tamen eſt hęc permutatio exitialis. Spina enim alba, inquit Dioſcorides, ramulos habet longos, molles, uitiũ modo lẽtos, & graciles, hyrcinæ ſpinæ ſimiles, folia parua, rotundaq;: ueſtitur idẽ totus multa, tenui, lanoſaq; lanugine. Totus præterea ſpinoſus eſt: flores lõgos, & pallidi coloris habet, ſemen in guſtu odoratum, & acre, uerũ inutile: naſcitur in aquoſis tumulis; radices

Dioſcorides.

illi ſunt duorum triumue cubitorum, longitudine firmæ, neruoſæq;, quæ in ipſa terra ſectæ lachrymã dant gũmi ſimilem: eæ dẽq; tuſæ præciſos neruos, & uulnera illitæ glutinant: quinetiam potum hærbæ decoctum neruorum uitijs accommodatum eſt. Hæc Dioſcorides. Plinius capꝫ. de acantiſſence, ideſt bedeguar, inquit, carduus eſt cũ aculeis in foliꝭ albis, & eſt inter humiditatem & ſiccitatẽ medius. Galenus. Bedeguar confert iliacis, & ſtomaticis, emiſſionẽ quoq; ſanguinis cohibet: iuuat etiam dentes dolentes, ſi gargariſet ex decoctione eius: confert fluxui uentris, & debilitati ſtomachi: & confert ſputo ſanguinis.

Galenus.

Racematio quædam ſupradictorum errorum Auicennæ, ac Arabum autorũ per modũ epitomatis Ca. LIII.

CAſia græcorum ab arabũ, ac recentiorum eſt diuerſa. Theriacæ noſtri ſæculi medicis certa nõ habetur ſcientia. Saccharũ antiquorum a ſale Indo nihil differt, a zuccharo tamen noſtro diuerſum eſt. Hærba ex qua fit ladanũ nõ eſt ciſſi, ut quidam falſe opinan-

Caſia. Theriaca.

Saccharũ.

Ciſſi.

tur,hoc eſt hederæ ſpecies.Ignorant noſtrę ætatis medici quid ſit radix, quam pro turbith officinæ uendunt.Agrimonia qua paſſim in officinis utuntur eſt Eupatoriũ apud Dioſcoridem.Antiquorũ buglоſſus noſtra eſt borago.Manna græcorum aliud a manna arabum eſt.Sanguis draconis nõ eſt ſuccus,ſed qui in officinis uenalis exponit, eſt adulterinus. Napellus iuxta Auicennæ decretum minime in potu propinãdus: nec radix pentaphylli, ſuccus iter uenena numerãdus.Arabes perperam mezereon, quæ græcis chamelea uocatur, inter lactaria connumerant,eandemq; cum chameleone cõfundunt.Auicẽna uicinitate nominis deceptus Ixion,ideſt uiſcũ pro Ixia inter uenena enumerat.Auicenna calamẽtum cum origano confundit.Ignorauerunt arabes hærbã Iſatidem,ideoq; ancipites in ea deſcribẽda fuerunt.Auicẽna quatuor hærbas natura, & figura differentes ſub unius auriculæ muris appellatione confundit. Auicenna præterhoc quod uarius in deſcribenda Populo arbore eſt,falſo etiã calidã eſſe in tertio ordine aſſerit. Medici iuniores falſo iuiubas,&

Turbith.
Agrimonia.
Buglоſſus
Manna.
Sanguis draconis.
Napellus.
Mezereõ.
Ixion.
Calamentum.
Iſatidis.
Auricula muris.
Populus.
Iuiubæ

ſebeſten fructus ad quoſdã medicinæ uſus adhibent.Hærbã lichen Græcis dicta,falſo a noſtris hepatica uocatur. Meſues centaurium maius cum minore confundit.Auicenna uolubilis hærbæ proprietates cum hederæ ꝓprietatibus confundit.Serapio & Auicenna lapidem armenium,& lazuli confundunt.Errat magna ætatis noſtræ medicorũ pars ueram memithen, quam Dioſcorides glauciũ uocat, ignorantes,alijs chelidoniã, alijs papauer cornutum eſſe cõtendentibus. Errant medici mouentes in ægris humores cum medicinis adtractiuis, ſicut eſt ſcãmonia: eo quod rectificando eam quanto plus poſſumus,ſemper membris principalibus habet inducere nocumentũ: & propter hoc uirtutem debilitat, & auget caliditatem febrilem. Aloe ſanguinem undequaq; fluentem ſiſtit,nec aperit uenas, ſed eaſdẽ magis occludit: neq; cit ſanguinem, quẽadmodũ multi Meſuę autoritate ſeducti exiſtimant. Errant medici qui Auicennã ſequẽtes Harmel nõ eſſe rutam ſylueſtrem opinãtur: ſed in pilular ũ de hermodactylis, ac fœtidarũ confectionem cicutę ſemen,quod nemo ue-

Sebeſten.
Lichen.
Centaurium.
Volubilis
Armeni lapis.
Lazuli.
Memithe
Scãmonia.
Aloe.
Harmel.

Aloe. nenum esse ignorat, huius loco admittunt. Mesues plane hallucinatur pueriliter aloen mistã melli minus purgare, eãdẽq; stomacho nocere asserens. Errant medici, qui ara-

Sandaracha. bum autorũ sandaracham a Grecorum esse diuersam non animaduertũt. Arabes autẽ Sandaracham esse gummi scribunt, quod alio nomine uernix appellatur: Græci contra, & Latini per Sandarachã lapidem metallicum intelligũt. Errat Auicenna, qui succutum semperuiuã, aut speciem mandragoræ secundum duas opiniones, utranq; tam-

Semperuiua. Mandragora. falsam interpretatur: cum tamen nihil aliud sit, q̃ id quod antiquitas Symphytũ petrei-

Symphytum. nominauit: id quod dilucidum admodum erit, si quis auicennæ caput de succuto cum capite Dioscoridis de symphyto comparauerit. Ea quæ cicutæ debentur auicenna Na-

Cicuta. pello tribuit: quare non temere auicennam

Napellus. cicutam, Napellumq; uulgares admodum hærbas ignorasse dicimus: & in ijs describendis anceps dubiusq; fuit. Errauit cum tota arabum schola auicenna, fabuloso scilicet er-

Carabe. rore seductus, Carabe, quod Græci electrũ, Succinum uero latini uocant, populi arbo-

ris gummi putans, quæ nux Romana uocatur, quam alio nomine haurum appellat: nõ enim probatur a Dioscoride ea fama ac opinio, quę ex populi arboris resina Succinum durari adstruit. Auicenna enim de carabe pugnantia sibi scribit. Capite namq; cclxxiiij, asserit caraben esse calidam parumper: id quod & facit in libello de uiribus cordis, calidam in primo, & siccam in secundo dicens: mox tamen subdit, Opinio tamẽ est q̃ sit frigida. Capite autem. cccxliiij. hoc gummi calidissimũ esse scribit, quod & capite. D. x, cõfirmat, inquiens: eius gũmi est ultimũ in calefaciẽdo. Plinius de carabe ita ait. Certum est gigni in insulis septentrionalibus Oceani, & a Germanis appellari Glessum. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, ut gummi in cerasis, resina pineis.

Nux Romana. Plinius lt. xxxvij. capite. ij.

De hermodactylis, ephemero, & colchico Ca. LIIII.

COlchicon & ephemeron hermodactyli genera a neotericis uocantur. Paulus & Galenus ephemeron duplex faciũt Dioscoridem sequuti: unũ deli-

butorĩ ueneni ui, de quo hic: alterum quod
irin ſylueſtrem cognominant. Colchicon ſa
ne haberi modo paſſim prædicant, Ephe
meron neſciri. hermodactyli porro ex qui
bus pilulæ ad podagras tanto pere comm
dantur ab ætio & Paulo, quinq; folium ſil
an Ephemeron, parum mihi cõſtat: alioqu
recentiores pro Ephemero accipiunt. Dio
ſcorides quinq; folium hermodactylũ quo
q; dici, & morbis articularibus, & coxend
ci cõuenire prodit. Ephemeron tumoribus
Ephemerõ foliis liliĩ minoribus, ſemine ſu
peruacuo, dictum ita, quod ĩtra diem iugu
let: ut Theophraſtus putat. Sed illud alter
genus eſt, & Colchicõ proprie crediderim
folio Ellebori, radicula omnibus nota, Ser
uorum in deſperatione cõfugium. hoc ipſ
Colchicon & Plinius ephemeri appellatio
ne intelligit, quoties medicinas cõtra eph
meron impactũ commemorat. Ephemer
radix longa, non ut colchico rotunda. Q
dam ephemeri uocabulo delibutorĩ ueneri
compoſitionem quãdam capiunt: ut ætiu
teſtat. Miſceri in antiquis ſcriptoribus in
cem Colchicon & Ephemeron aliqui cr

diderunt, Nicandrũ in alexipharmacis ſuis
dicentem audientes. Si uero colchidis Me
deæ infeſtũ ignem poculum illud hauſerit
ephemeron: mox Plinium inter uenena col
chicon, & inter medicas herbas ephemeron
numerantem: poſt hoc Paulum æginetam
ephemeron in quinto inter uenena cõſtituẽ
tem: mox iterũ in ſexto ephemeron his uer
bis deſcribentem. Ephemeron nõ quod no
xium & letale, ſed quod agreſtem irin uo
cant. Et ne longiores ſimus in cunctis Græ
cis modo uenenum, modo utilem dentibus
& tumoribus herbam ephemeron inueniẽ
tes, preſenti & periculoſa ſemper dubitatio
ne: niſi cognouerit aliquis duo quondam
ephemeri genera fuiſſe, alterũ quod colchi
con a natali ſolo diceretur, flore albicante,
crocino ſimili, radice bulbi, ſed pinguiore,
quod colchicon Plinius ſimpliciter nomina
uit, qui cum plantam deſcripſiſſet, maleficij
eius, & ueneni notas, remediaq; certius illic
docet. Alterũ quod ſimpliciter ephemeron
dicitur innocẽs, & dentibus, & tumoribus
utile: & ut rem totã abſoluamus, quod Pau
lus ægineta in ſexto deſcripſit, habereq; ait

repercutiẽdi, diſcutiẽdiq; uires: eſſeq; Ephe
mera duo, & qualia nos dixim⁹, uenenũ alte
rũ, īnocẽs alterũ, ſatis idẽ Paulus īdicat, q̃ de
īnocente hoc agere incipiẽs, ait. Ephemerõ
non quod noxium, & lętale, &c. Manifeſto
ęa propoſitione diuiſioneq; argumento, du
plex eius generis eſſe: alterũ quod ueneni,
& alterum quod remedij rationem habet.
Quærendum modo peritioribus relinqui
mus, ſint ne quos medici & hærbarij phar
macopolę nunc hermodactylos uocãt ephe
meros: hoc, an colchicon illud pauloãte de
ſcriptum: nihil enim modo ſupereſt, q̃ mo
nere legẽtes, dicere barbarum habere ephe
meron hoc, florem ceruleum, quem nos
candidũ ex cõmuni, eademq; omniũ quot
quot uidimus codicum lectione. Plinium
(ut uidetur) in floris eius colore, potius q̃
Dioſcoridem quẽ uerebaṫ ſequutus ille eſt.
Sunt enim in hiſtoria ephemeri huius Pli
nij hæc uerba. Ephemeron folia habet lilij,
ſed minora, caulem parem, florem cęruleũ,
quæ uoces nili ad candidum colorem trahi
nõ poſſunt. Signaſſe hoc ẽt placuit, ut qui
bus autoribus, quod diuerſum ſit, uterq; no

ſtrũ uerterit, legentes ſciant. Fuerũt qui ma
leficum illud ephemeron dictũ putauerunt,
q̃ hauſto eo una tantum die ſuperſtites ſint
qui id hauſerunt: & a ſimilitudine eius dein
de alterum illud. Hic cogitent ueritatis ſtu
dioſi, quanto in periculo uerſentur, qui Aui
cennã, Serapionem, Meſuen ſibi in uniuer
ſum imitandos propoſuerunt tam in ſimpli
cibus medicamentis, q̃ compoſitis, & non
nunq̃ Solano furioſo pro ſatiuo, aliquãdo
ephemero, pro colchico, & hermodactylis
poſuere: & pluries maleficum ephemeron
pro innocuo ordinarũt, ac in ſcriptis poſue
runt: quod quidem magna medicorũ pars
facit. Et hi maxime, q uulgo celebriores, do
ctioreſq; habentur: qui etiã per cõpita &
fora nõ uerentur prædicare, ſe malle cũ ara
bibus, Perſis, Pœnis, Auicenna, Serapio
ne, ac illorum Euangeliſta Meſue (quorũ
uerba oraculi inſtar habent) errare, q̃ cum
ijs qui medicinã a Græcis hauriũt, recte ſen
tire. O cecitatem. hæc ideo iterũ atq; iterũ
ĩculco, ut ſi nullo alio pacto ab ĩſtituto per
uerſo auocari poſſent moroſi iſti ignauiæ
propugnatores manifeſtiſſimi, eos ſaltem

Arabum autorũ errores deterrerent, ad me
liorẽq; mentẽ reducerẽt. Atqui (dicet quiſ
piã) uidem? cotidie multos morbis grauiſ
ſimis, acutiſſimiſq; implicitos auxilio medi
corũ Arabũ doctrinã ſequentiũ cõualuiſſe.
Quibus reſpõderi breuiter uelim illud Au
ſonij galli. Euaſit fati ope, non medici. Qã
ſi lex ulla extaret, quæ puniret inſcitiã capi
talem, oppido q; paucos uideres medicinæ
profeſſores Arabũ doctrinã ſequẽtes. Pro
uerbiale illud ſat notũ, titulo medicorũ Ara
bũ remedia habẽt pyxides, uenena, Scãmo
niũ, turbith, & colocynthida. hinc ille Lacõ
medico arabi dicenti: nihil habes mali: non
enim (inquit) te medico utor. Et iterũ cũ me
dicus Pœnus dixiſſet, ſenex factus es, Quo
niã (inquit) non uſus ſum te medico.

Spicilegium in quod multa ſupe rius relicta ex uarijs autoribus cõ geruntur Ca. LV.

Palma ægyptia.

PAlma ægyptia quam Dioſcori
des deſcribit myrobalanon appe
latã fert, nullo intus ligno, quæ &
adipſos, & poma nominat. Phœ
nicobalanus niger eſt, q̃a matureſcere per
mittitur:

mittitur: Myrobalanus uiridis, habetur & myrobalanus unguentaria cognominata, ſed generis alterius, ſuo loco indicãda. Ha bentur & myrobalani apud Arabes, Me ſuem, Serapionem, Razem, & Auicẽnam: quorum uirtus frigida in primo ordine, ari da uero in ſecundo: uirtus autẽ ſecunda ocu los fortificat, & prohibet curſus humorum ad ipſos: & eſt proprietas purgare flauam bilem, confortat ſtomachũ, & confert atræ bili, & mundificat uillos ſtomachi, & exic cat eos: & ſunt q̃nq; ſpecies, citrini, kebuli, bellerici, emblici, & indi, ſiue nigri: & ap propinquant frigiditati cum pauca calidita te, & temperata: & eſt frigiditas eorum am plior propter illorum acetoſitatem: kebuli frigidiores ſunt citrinis. Græci paruam, aut nullam de ipſis faciunt mẽtionem. Been ſeu Ben aliud rubeum, aliud album: calidæ & humidæ complexionis, radices addentes in coitum, necnon cordi conferẽtes: ut referũt arabum ſcriptores. Acedulam crediderim apud Græcos p lapatho acetoſo accipi: cu ius cõplures ſunt ſpecies, alia oxylapatho, quaſi dicas, acutę rumici eſt perſimilis: quã

Myrobalani.

Acedula quam acetoſam noſtri vocãt.

a ſaporis aciditate oxalida appellant: ut uult Dioſcorides: alia hortenſis priori omnino diſſimilis, acidi ſaporis & ipſa: dicta uulgo a pharmacopolis noſtris acetoſella: tametſi uelit Syluaticus omnem acidi ſaporis hærbam acetoſellam uocari poſſe. Spinachium ſeu aſpanc hiſpanis, non dubitem Dioſcoridi eſſe blitum: herba eſt iners, ſine ſapore, ullaq; acrimonia: dicta (ut uolunt) Spinachium a ſpinoſo ſeminis cortice. Sũt magni etiam nominis uiri, qui eandem cum beta exiſtimãt, quibus nõ temere aſſenſerim, ſicuti nec magnopere repugnarim. Piſtacia uulgo a pharmacopolis fiſtici nominãtur, ſicut pineoli pineæ. Tarcon ſatureiã eſſe uolunt quidam, alij uero pyretri hærbam. In Schœni flore quẽ pharmacopolæ barbaro uocabulo ſquinantũ uocãt, errãt: nã qui paſſim ĩ officinis proſtãt feſtucę magis ſunt, q; flores. Thlaſpi noſtro ſæculo penitus incognita eſt: q; uis Ioãnes manardus apud Auguſtũ Lauriẽſem Epiſcopũ ſibi cõpertã eſſe hærbam ſcribat, quã uerã eſſe Thlaſpi exiſtimet: quando in totum Dioſcorid. libro. ij. capi. cxlij. notis correſpondeat. Auicenna

Spinachium.

Piſtacia.

Tarcon.

Schœni flos.

Thlaſpi.

in deſcriptione theriaces non ſine magno errore pro nomine thlaſpeos ſiſeleos ſcripſit. Pro darſiſahan, quod idem eſt apud arabes quod aſpalathus Grẽcis, Nicolaus ponit coralos, cum tamen longe alia res ſit a coralis, id quod græce aſpalathus uocatur: quemadmodum ex Dioſcoridis libro primo capite xix. deſcriptione cõſtat. Hallucinatur auicẽna ubi loco aſpalathi ponit ſemẽ aliembur, ideſt chylocaractæ: Galenus em̃, cui in hac parte magis q; auicennæ crediderim, pro aſpalatho nõ ſemen chylocaractæ, ſed agnicaſti, ut uulgo uocant, in ſuis ſuccidaneis recipi adſeruit. Melãthion uulgo gith, & nigella dicitur. Anchuſa hærba id temporis hærbarijs noſtris eſt incognita, e cuius ſpeciebus quarta pellendis uermibus ob amaritudinem accommoda erat. Kitran, alkitran, Cedria, gũmi ex Cedro arbore fluens. Cammarum inter cochleas rotũdas enumerat Plinius libro. xxxij. caꝑ. xj. Apud hunc pro omnibus conchis, quarum una eſt ſpecies accipi crediderim: ſiquidem hæ omnes (teſte Galeno) durę ſunt carnis, & cõcoctionis difficilis, atq; ob id crudum in corpore

Darſiſahã

Aſpalathus.

Melãthiõ Anchuſa.

Kitran.

Cammarum.

Mala paradisia.

chymum efficiunt. Malaparadisia a situ dicuntur, ut uolũt, q̃ omnibus fere pomarijs inserantur: odore, saporeq̃ insignia. Tragacantha Dioscoridis est nostris gummi arabicum. Omphacinũ oleum ex oliua immatura cõficitur: omphacium uero expressus est ex uua acerba succus: uulgus agrestam nuncupat.

Finis libri primi.

Castigationes seu Emendationes in Mesuem, Razem, Nicolaũ, Serapionem: quas olim, ad omniũ q̃ Medicinæ dant operam utilitatẽ, cõscripsit Dominus Symphorianus Campegius Lotharingorum Archiatrus eques auratus, ac Fauergie dominus, Antonio filio dicatæ.

Clarissimo & eruditissimo uiro patri suo Symphoriano Campegio equiti aurato, & Lotharingorum Archiatro Antonius Campegius S.P.D.

Ictata illa tua genitor clarissime, quibus refellis arabũ insciti ã, docesq̃ pharmacopolas, iunioresque medicos quãta ĩ caligine rerũ uersent in hærbarũ, fructuum, radicum, lapidumq̃, quibus coti die utimur erroribus, nescio plusne mihi uoluptatis, an doloris adtulerint: nam & gauisus mirifice sum, res eas quibus hominum uita, saluscq̃ continetur, ab eo potissimũ uiro editas esse in lucem, quẽ post Deum maximũ semp̃ coluerim, ac merito plurimi fecerim; & indolui rursus generis humani uicem, quod in se grassari tandiu impune tristem hanc mahumeticam potius, cq̃ christianam sectam ab arabibus patiatur, atq̃ ab his Persis, & Arabibus ĩterdum uitæ spem pretio emant, unde mors certissima proficiscatur. Hinc factum est, ut peruerso quorũ

dã iudicio, pessimi pro optimis, crassi pro eruditis irrepserint: ita ut, neglectis optimorum authorum placitis, hic Auicennam sibi delegerit: ille uero Razem quendã mordicus tenuerit. Alter item Arnoldũ exosculatus sit: atq; adeo unusquisq; quocunq; sua adactus est insania, ac inscitia, huc delatus, putans sese hoc pacto medicinam per compendium assequi posse. Ea causa istorũ etiã animis tam pertinaciter insedit, atq; infixa est opinio, ut piaculum ducãt, uel latum unguem ab eo quem imitãdum proposuerũt, dissentire: & sic innumeris errorum labyrinthis impliciti, ad ueri cognitionem peruenire non potuerunt: & sic factum est, ut & alia pro alijs remedia afferant, & morbus alius pro alio curetur: & plus a medico, q̃ a morbo esse periculi uideatur. Hæc habui genitor clarissime quę scriberẽ, magis ut tibi morem gererẽ, q̃ humanæ paternitati consultu rus. Vale, & me, ut soles, symphoniace ama.

Symphorianus Cãpegius Antonio filio S.

EFflagitasti a me fili charissime, ut quemadmodũ olim de erroribus nostrorũ pharmacopolarum circa simplicia pharmaca, ita & compositarum medicinarum typum quendã, & ueluti subfigurationem tibi cõscriberẽ, uniuersa eius capita breuissime innuentẽ, potius q̃ explicantẽ. Quod enim (ut Dioscorides inquit) retulerunt quidam lætalem in Perside arborem esse, trãslatam deinde in ægyptum, mutata natura salubrem, & edendo factam fuisse. Grauis præterea huiusce rei testis & autor in carmĩe suo Columella est, qui de annuis pomis per tẽpora agẽs, post mora prę coces ficos, armęnica, & damascena, subiecit statim, Stipari calathos pomis quę barbara Persis Miserat: & fama est patrijs armata uenenis: At nunc expositi paruo discrimine lęti Ambrosios prębẽt succos oblita nocẽdi. Idem quod hic ait lętalem in Perside quondam creditam hanc esse arborem, mox amissa nocendi ui amabiles omnibus proferre fructus: Pari forma Scammonia, & Turbith Persis, arabibus olim salutaria forsitan fuere: quæ nunc Gallis & Italis lętalia, & uenena sunt: & quę ex illis componuntur, pernicioſa: uti sunt dyasinicon Mesuę, Electuarium de succo rosarum Nicolai, & similia.

Dioscorides de perſico pomo

Columella.

Mutatio loci virtutes mutat.

Feci igitur fili cariſſime quod optaſti, ut potui, uon forte ut uoluiſſent pharmacopolæ, ac iuniores medici, Arabum doctrinã amãtes. Accipe & lege, illud cogitãs, breuis eſſe laboro, obſcurus fio.

Caſtigatiões ſeu emẽdationes in Meſuem, Razem, & Nicolaũ, quas olim edidit. D. Symphorianus Cãpegius eques auratus, ac Lotharingorum Archiatrus, Antonio filio dicatæ.

Diafinicon ſalubre, ac benedictũ.

Diafinicõ, dicit a dactylis.

ACcipe dactylorum immaturo rũ, & uiſcoſorum infuſorũ in aceto horis. lx. partes. c. pẽnidiarũ partes. l. Amigdalarum mundatarũ dulcium partes. xxx. Agarici albi & leuis partes. lv. Rhabarbari electi partes. xxxv. zinziberis albi, ſpicẽnardi, piperis lõgi, foliorũ ruthæ ſiccorum, cynamomi, macis, lignoaloes, uel loco illi⁹ maſthicis, aniſi, feniculi, dauci, galangæ, ſingulorum partes. ij. cum dimidia. fiat omnium trituratio, & cõfice cum melle diſpumato quãtum oportet: eſt enim medicina ſingularis & benedicta.

Cõferti ad febres cõpoſitas, & chronicas cõfert coli cæ valet & ad dolorẽ ventris, & hamorem crudum.

De diafinicone quẽſtio.

DE diafinicone ſecũdum deſcriptionem Meſuæ, ſi a me petas an ſit ſalubre, poſſum tibi ſine aliqua hæſitatione reſpondere illud Meſuę naturæ humanæ eſſe inimicũ: in eo em̃ ingreditur turbith, quod eſt ex genere habentiũ lac: ut idẽ ſcribit Meſues, quare uenenoſum: propter enim uerba meſuæ Simon Ianuenſis tripolium inter lacticinia cõnumerat. Vide quot difficultates, & quidẽ inexplicabiles occurrunt iunioribus Arabum doctrinã ſequentibus ob eorundẽ autorũ nõ modo a Græcis, ſed etiã a ſeipſis diſcordiã. Quare nulla alia inter tot quæ de ſcãmonia & turbith, aliſue ſimplicibus medicinis habentur ambiguitates relinquitur uia, niſi ut ad ſenſum iudicem confugiamus. Ego uero tam naturale, q̃ꝑ fictitiũ turbith, ſiue etiã ſcãmoniũ cauendũ cenſeo: quoniã nõ minus eſt uenenũ ſcãmoniũ, q̃ mezereon, & laureola: nec turbith minus q̃ ſcãmoniũ: atq; ideo de turbith, & ſcãmonio nihil apud chriſticolas curãdum eſt. Iſta Arabibus, Perſis, Pœnis, mahumetenſibus relinquenda: ſunt enim medicinæ hominum effrænatorum, nõ piorum, & ſa-

Diafinicõ Meſuę in ſalubre ac pernicioſum.

Simon Ianuenſis.

Scammoniũ & turbith cauẽda.

pientū:utinā ad nos tales nūcꝙ ueniſſent:plu
res em̄ uiuerēt adhuc,qui ad manes,& cam
pos(ut dicitur) Elyſios ante periodum de
ſcenderunt.Cato enim maior, ut apud Plu
Cato græcos odio habuit. tarchum ſcriptū reperitur, Græcos omneis
ita odio habuit, ut grȩcam doctrinam, phi
loſophos,& medicos maledictis inſectare
tur:monebatqꝫ filium, ut huiuſmodi homi
num genus declinaret:& ne eorū opera uti
cogeretur,cōmētarios de medicina filio re
liquit.Si de grȩcis Cato hæc dicebat,qd nos
Ex arabia omne malum. de Barbaris,perſis,arabibus,mauris,pœnis
turchis, Sclauis dicere debemus unde om̄e
malum?Primordium enim mahumeticę ſe
ctæ ex arabia eſt:necnon ſemper eadem ter
ra peſtilens fuit humanis gentibus. ſic ma
humetes,ſic olim cham, & eius progenies:
hi malorum dæmonum cultum induxerūt.
Ille ueri Dei mira uirtute cōſtitutum ſuſtu
lit. Ex eadem terra procreati ſunt Auicēna,
Auerrhous,auenzoar, alpharabius , uterꝙ
haly,qui mahumeticę ſectæ fuerūt fautores.
Quare præcipiebat Corinthijs Apoſtolus,
Paulus apoſtolus ut cauerēt,ne per inanem philoſophiam ſe
ducerentur ſecūdum traditionem hominū,

nō ſecundū Chriſtū. Sic nobis,hoc eſt chri
ſtianis cauendū eſt, ne per falſos Auerrhoi,
& Auicennæ,aliorūue arabum paralogyſ
mos ſcāmoniam,turbith,colocynthidā, me
zereon,lapidem lazuli,cum illorum dęmo
niaca,potius ꝙꝫ diuina alchermes confectio
ne in ſcriptis noſtris , ac theſauris repona
mus.

De dyapruno.

PRuna aluum deijciunt, ſed copio Quid pru num.
ſius recentia,ſiccata minus:eiuſdē
fructus decoctio ad fauciū,& gut
turis inflammationes omneis cō
fert.Syluestris pruni bacca manifeſte aluū
adſtringit:ex qua noſtri pharmacopolę ele
ctuarium componunt,& loco acaſię utūtur. Dyapru num Ni colai.
Ex prunis prȩſertim damaſcenis fit dyapru
num apud Nicolaum . Accipe prunorum
damaſcenorum uiridium numero centum,
in uaſe ſtanneo cum aquæ portione debita
buliant uſqꝫ dum diſſolui uideātur , & tunc
ab igne deponantur,poſtea exprimātur: &
in aqua in qua pruna decocta fuerunt ponā
tur drachmæ.iiij.uiolarum,& poſt parum
bulire permittātur:& fiat ſyrupus cū lib. ij.

ſacchari: & in tali ſyrupo ponatur lib.ſ. pulpæ prunorum, & ad ſpiſſitudinem coquantur: & incipiente inſpiſſari ponatur caſiæ fiſtulę uncia.ſ. in aqua iam dicta thamarindorum: uel loco thamarindorū pruna hyemalia: nam thamarindi boni non inueniuntur apud nos: eodem modo ut de caſia dictū eſt altera uncia: & fiat decoctio ad perfectionē: & in fine decoctionis aſperge talem puluerem. Accipe ſandali albi & rubei, ſpodij ex dente elephantis facti, rhabarbari electi, ſingulorū drachmas.iij. roſarum, uiolarū, ſemnis portulacę, ſeminis ſcariolę, berberis, ſuci liquiritię, dragaganti, ſingulorum drachmas.ij. Quatuor ſeīm frigidorū mundarorū ſingulorū drachmam.ſ. Si uero laxatiuū facere uolueris, adde in unaquaqꝫ libra cum ab igne deponitur rhabarbari electi uncias.ij. nec addas ſcammoniū, naturæ em̄ humanæ eſt nociuū, nec a Chriſtianis, ſed arabibus in uſum reponendum.

De dyacarthamo.

Quid carthamus.

Dioſcorides.

CArthamū gręci Cnicon appellant, ruſtici autem crocum ſaracenū: cuius grano eius (inquit Dioſco.) conficitur oleū, purgatis cortice ſuo ſeminibus, & tuſis: potum in purgāda aluo uires habet. Carthamus folia habet oblonga, diuiſa, & aſpera, & ſpinoſa: tyrſum habet longū, ſpinoſum, in quo ſunt capitella obrotunda, cū flore croceo, ſemen album. ſolutione educit pituitam per uomitum, ſimiliter & aquoſitatem: mundificat pectus, & pulmonem, & clarificat uocem. Ex carthamo fit dyacarthamū ſalubre: ut accipe dyagraganti frigidi abſqꝫ camphora unciam.ſ. Carniū citoniorum cum ſaccharo cōditarum drachmas.x. zinziberis albi, hermodactylorum ſingulorum drach.ij. medullæ carthami drachmas ſeptē. reubarbari electi uncias.iij. agarici albi & leuis unciam dimidiā, Mannæ brianſonis, mellis roſati colati, ſingulorum quartū dimidiū, Sacchari uncias ſexdecim: fiat electuarium, euacuat enim pituitam, & bilē flauam abſqꝫ uiolentia.

Caue ne accipias p hermodactylis ephemeron ve nenoſum, aut colchicum.

Electuariū catholicū, ideſt uniuerſale ad oēs humores, & pręſertim ad atrā bilē.

Catholicum. i. uniuerſale, vnde Eccleſia catholica. i. vniuerſalis.

ACcipe ſene orientale & ſyriacū, caſiæ fiſtulæ mundæ, thamarindorū ſingulorum uncias octo, rhabarba-

Euacuat catholicū oēs humores, & præsertim bilem atrā.

ri electi, uiolarū, polipodij ex quercu, anisi, singulorū uncias. iiij. liquiritiæ mundæ, pe nidiarū, candi, singulorū unciam dimidiā, quatuor seminū frigidorū maiorum mun datorū singulorū unciam. i. postea accipe l

Loco thamarindorū ponant pruna hyemalia: nam thamarindi a pharmacopolis adulterantur.

bram. j. polipodij ex quercu: & tere, & deco que longa decoctione: & ex illa colatura cō ponas syrupū cū octo lib. sacchari: & in pa te colaturæ distempera casiam fistulam, & thamarindos: & in fine decoctiōis proijcia tur species: & fiat electuarium nobile, & be nedictum non ab Arabibus & Mahomet nis inuentum, sed a Christianis repertum.

Electuarium de succo rosarū.

Rosarum natura, & proprietas. Remota est scāmoneæ tāquā naturæ inimica.

ROsa frigida est, & arida, exacer bescente, & amara qualitate con stans: iuuat aūt calida capita olfa ctu: offendit humida, & distilla tiones citat: sumpta iuuat febricitātes ex fla ua bili: cōfirmat stomachū, & iecur: sua qua dam ui testiculos offēdit, acres exhalatiōes cohibet, ne in caput scandant. A rosa nom sumpsit electuarium de succo rosarum M sue, pariter & Nicolai. Accipe succi rosarū rubearū cōpletarū li. iiij. sacchari albi lib.

Mesues. Nicolaus.

cū dimidia, tereniabin puri & recentis un cias sex. Rhabarbari electi uncias quatuor cum dimidia: coquantur omnia lento & cla ro igne usq; ad spissitudinem mellis. Dein de proijce desuper trociscorum de spodio, eboris unciā. j. galliæ muscatę, croci, singu lorum drachmas. iij. trociscorum de berbe ris drachmas. iiij. & repone in uase uitreo.

De Dyacasia fistula.

Quid casia fistula.

CAsia fistula calida est & humida, non in aliquo gradu: ualde eī est temperata infra omnem gradum: hic tamen seplasiarios, ac iuniores medicos commonefacere oportet etiā in libris Græ corum sicut Dioscoridis, atq; Galeni de ca sia fistula legi, sed non de illa qua utimur, quæ uim habet aluū molliendi, atq; ideo a quibusdā recentioribus Siliqua pharmacē tica nominatur: sed de quadā specie casiæ li gneæ, quæ fistula ab eisdem grecis nomina tur. Quapropter diligētius aduertendū, ne cū in libris Græcorū casiam fistulā scriptū inuenimus, alterā putemus intelligi, de qua autores Arabes loquunt: quo quidē in erro re scio plęroscq; medicos recentiores frequē

Quid apud græcos casia.

ter ĩplicari, q̃ cortice casiæ fistulæ Arabicæ
medicinæ ad citãda menstrua utuntur, cum
casiã ligneã potius ad eundẽ usum debeant
recipere, ex Dioscoridis, & aliorũ Græcorũ
medicorum autoritate, qui alterã casiã fistu
lã uidentur neglexisse: sicuti & alios arborũ
fructus, quos autores Arabes, & medici, a
pharmacopolæ illos sequentes in frequent
usu habent, omnino despexerunt. Ex casi
fistula non græcorum, sed arabum (haben
quãdoq; & Arabes aliquid bonitatis) fier
potest Dyacasia fistula: ut accipe pulpæ ca
siæ fistulæ, prunorum damascenorũ, singu
lorum lib. j. prunorum hyemaliũ uncias sex
mellis electi lib. iĳ. casia & pruna dissoluã
tur cum decoctione maluę, uiolarũ, & mer
curialis, in qua decocta sunt pruna damasce
na quantum sufficit: & si addatur sem. anisi
uncia. j. & mãnæ electæ unciæ. iĳ. erit tũc ele
ctuariũ magis efficax, & nobile: purgat eni
& lenit flauã bilem, aluũ mollificat, refrige
rat, ac flaua bili abũdantibus sanitatẽ afferr.

Quid cydonium.

Dyacitonitem.

CYdonia a Cretæ cydone, quæ no
stri coctonea uocãt, frigida sunt in
primo

primo ordine, & arida in secũdo: cõtrahũt,
& confirmant, roborãtq; stomachum: aluũ
cohibent sumpta ante cibũ, urinam citant:
post cibum sumpta aluum citãt. Ex ipsis au
tem cydoniacum stomachum & iecur cõfir
mat, corroboratq;. Psellus ad Imperatorẽ
Constantinum ita scribit. Cydonia multũ
stiptica, quę si quis melle, uel saccharo com
posita coctura asseruarit, stomachum confir
mant, ac in dysenterijs prosunt, flauã bilem
comprimendo, corq; exhilarãt. Tradunt au
tem quidã, q̃ si quis cydonijs utatur frequen
tius, si nascatur ei filius fore eum ingenioss
simum quidem, sed improbum: nisi doctri
na, aut parentum industria prohibeatur. A
cydonijs dicitur Dyacitonitẽ: ut accipe car
nium cydoniorum a cortice exteriori mũda
torum, & in aqua elixatorum lib. iĳ. mellis
dispumati lib. iĳ. cum dimidia: cydonia fer
titer in mortario terantur, & cum melle iã
dicto supra ignem ponantur, cum spatula
sepius reuoluẽdo, donec inspissentur: & tũc
ab igne deponantur: postea puluis, ut sequi
tur, imponatur, ac misceat. Accipe Cinna
momi unciam. j. cũ dimidia, zinziberis un

Psellus cõstãtini medicus.

ciam.j.piperis,galangæ,singulorum unciã dimidiã,gariofilorum, nucis muscatæ, singulorum drachmas.iij.spicænardi,sandalorum utriusq;, macis, cardamoni,singulorũ drachmas.ij. zedoariæ drachmã,j. deinde aspergatur aqua rosarum muscata cũ omnibus supradictis, & fiat electuariũ. Si aũt laxatiuum facere uolueris, in unaquaq; libra ponatur uncia una cum dimidia rhabarbari electi,anteq; ex igne extrahatur: erit eñ tunc aliquo modo laxatiuum & familiare.

De catapotijs seu pilulis.

Pillulæ sine quibus.

Catapotia

ACcipe aloes optimi abluti drachmas.xiiij. quinq; generũ myrobalanorũ,masthicis,absynthij,rosarũ, uiolarũ,sene syriaci, agarici albi, cucutę, singulorum drachmã.j. temperentur cum succo feniculi, in quo sit rhabarbari electi uncia.j. cũ dimidia: & primo misceatur rhabarbarum cum feniculo,& succo expresso cum rhabarbaro:formetur massa inũctis manibus oleo uiolato: ab his pilulis remota est scammonia ut naturæ inimica.

Aureæ pilulæ.

Aureę pilulæ.

ACcipe aloes drachmas. viij.rhabarbari electi uncias. ij. rosarum, seminis apij, singulorũ drachmas.ij. cũ dimidia,anisi, feniculi, masthicis, singulorũ drachmam unam cum dimidia,croci drachmã.j.medullę carthami unciã.j.formẽtur pilulæ cum aqua infusionis dragaganti: remota sunt colocinthis,& scammonia, ut naturæ contraria.

Pilulæ cochiæ.

Pilulę capitales.

ACcipe puluerís hierę drachmas.x. agarici albi unciã.j. rhabarbari unciam.j.cum dimidia: medullæ carhami unciam.j. sticados drachmas.vj. zinziberis albi drachmã unã cum dimidia,spicænardi drachmã.j. formetur massa pro pilulis.

Pilulæ de octo rebus.

Octo simpliciũ pilulæ.

ACcipe aloes cicotrini unciã.j. rhabarbari electi unciã unã cum dimidia,agarici albi drachmas.iij. medullę carthami unciã dimidiã,epithimi,masthicis,myrobalanorum,kebulorum,absynthij,singulorum drachmam.j. temperentur cum succo lactucæ, & formetur massa pro

catapotijs.

Pilulæ de quinq; generibus myrobalanorum.

Myrobalanorum pilulæ.

ACcipe quinq; generum myrobalanorum singulorum drachmas. iiij. agarici albi drachmas. v. rhabarbari unciam dimidiam, medullæ carthami unciã unã, sene unciam dimidiã, epithimi drachmas. iij. anisi, maratri, masthicis, singulorum unciam dimidiam, aloes uncias. ij. cũ dimidia: confice cum succo absynthij.

Pilulæ elephanginæ.

Aromaticæ pilulę.

ACcipe cinnamomi, cubebę, ligni aloes uel loco illi? sandali citrini, calami aromatici, macis, nucis muscatæ, cardamomi, gariofilorũ, azari, masthicis, squinãti, spicę absynthij sicci, rosarum, singulorum drachmas. vj. terãtur leui trituratione, & fundãtur desuper aquæ lib. xij. & decoquant̃ usq; ad consumptionem duarum partiũ: & post fricentur, & exprimatur aquositas: tunc accipe aloes succotrini lib. j. & lauetur in uase uitreo cum aqua pluuiali lotionibus pluribus: deinde exicce̅t, & fundãtur super ipsam expressionis predictæ lib. ij. terantur, & in

Pilulę iste valent ad dolorẽ stomachi, propter pituitã, mundificat stomachũ, & instrumẽta sensuũ, ac cerebrũ & digestionem, procurãt.

sole siccentur: deinde misce cũ aloe mirrhæ, uel loco illius mãnę briãsonis, masthicis, singulorũ drachmas quinq;, croci drachmas. ij. tere cõtritione bona: deinde predictę expressionis residuũ super ea fundatur, & conterãtur donec siccẽtur.

Pilulæ de rhabarbaro.

De rheo seu rauedpilulæ.

ACcipe rhabarbari electi unciam dimidiam, succi liquiritiæ, succi absynthij: masthicis, singulorũ drachmã. j. myrobalanorum citrinorum, singulorum drachmas ij. feminis apij, feniculi, singulorum drachmã dimidiã, trociscorum dyarodon drachmas. iij. hieræ picræ drachmas. x. confice cum aqua feniculi.

Conferũt hæ pilulæ ad febres antiquas ex diuersis generibus humorum.

Pilulæ de hermodactylis.

ACcipe hermodactylorũ drachmas v. rhabarbari unciã. j. myrobalanorum citrinorum unciam dimidiã, rosarum drachmas. ij. aloes uncias. ij. cõfice cũ sirupo rosato. Hermodactyli aliqui sunt salubres, alij uero uenenosi, & ab aliquibus uocantur ephemeron, ab alijs colchicon: ualent ad dolorem iuncturarum, & podagrã

Caue ne p hermodactylis accipias ephemerõ, vel colchicũ, perniciosa eñ sunt

frigidam.

De trifera, quã nostri Persicã uocant, ego uero potius dęmoniacã siue furiosam.

Trifera cadæmonica, quã persicam vocant.

INter reliquas errorũ causas, qui proximis sæculis in medicina acciderunt, hãc fuisse non minimã puto, quod medici iuniores nihil de simplicibus medicamẽtis cognoscentes, seplasiariorũ, quos aromatarios uulgus uocat, arbitrio compositiones medicaminum permiserunt: inde enim factum est (ut reliqua taceã) quod periculosa, ac difficilis cõpositionis illa antidotus a quodã Persa medico eius sibi nomen usurpare cupiente trifera persica nũcupata est: ego tamẽ in omni re medica timidus, & curiosus, nõ uereri nõ possum, quin aliqua in hac trifera penitus defuerint, uel uitiata appolita sint, quæ in totum a pharmacopolis, ac iunioribus medicis ignorari puto: ut de solano quem solatrũ pharmacopolę nonnunq; morellã appellãt.

Iuniores medici de simplicib⁹ pessime scripserunt.

Spẽs solani siue solatri.

Dioscorides uero solanũ, quẽ ĩ quatuor species partitur: primum dicitur nigrum, & satiuum, quod refrigerãdi uires habet, & innocens in cibo est. Nascitur in ægypto, Italia, & hortis. Est & alterum solanum quod priuatim halicacabum, quidã uero uesiculã appellãt: fructum fert in foliculis rotundis uesicis similibus rubẽtem, & cum liuore rotundum, uuarũ acinis similem. Est & tertiũ genus somniferum: sunt qui solanum calliada uocent: ramulos habet numerosos, densos, furculosos. est & quartum maniacum, ideſt furiosum, quem Romani solanũ furiosum appellãt, florem fert nigrum, & post florem racemosum, fructum rotundum, nigrum, hederarũ corymbis similem, & uuarum modo mollem: istud est solanum quartum, siue solatrum, quod (ut Theophrastus scribit) dicitur furiosum a furore quẽ facit, & maniacum uocauit. Verba Theophrasti in latinum uersa hæc sunt. Furiosum uero solanum alij thrioron, alij peritton uocant, candidã, longamq;, & concauã cubitali fere longitudine radicem habet: datur bibenda drachmæ pondere, si quis per iocum efficere uoluerit, ut pulcherrimus sibi uideatur, q̃ biberit. Si uero furere adhuc hominẽ, uisaq; alia animo eius obuersari, duarũ drachma-

theophrastus.

rum. Et si uis ne furor desinat, trium: po-
stremo si hominem perimere, quatuor: &
hæc de furioso solano Theophrastus, quæ
eisdem uerbis ideo reddita sunt, ut collata
Dioscoridi faciliorem eius historiã faciant.
Dioscori-des. Sed quocunq; modo se res habeat, inuentu
& cognitu facilis hærba est, quam solanum
& somniferum, & furiosum pariter uocant.
Noxiã utranq; menti hærbam, quam sola-
num somniferum, ac etiã furiosum appel-
lant, omnes antiqui tradunt: eiusq; uires cer-
tius describẽs Dioscorides monuit hausto-
ultra. xij. fructus eius, quos corymbos uo-
cat, ecstasin facere, mentis alienationẽ, furo-
rẽq; intelligens, nõ omnẽ simpliciterue, sed
quã priuatim græci Ecstasin, q̃ extra seip̃m
egredit, & stet aliquis. Trifera igitur per-
Trifera pa-sica vene-nosa. sica ob solani proprietatem maniacos, pha-
naticos, ac homines extra se positos facit, &
reddit: in eo enim antidoto lib. j. succi solani
siue solatri ingreditur: a paucis autem annis
ea trifera apud nostrates Lugdunenses in
usum uenit: utinã nunq; uenisset, & ea soli
Persæ uterẽtur: plures autem qui ex ea sum-
pserunt phanaticos, ac amentes uidimus:

plurima in ea simplicia ingrediuntur sibiꝝ
uicem contraria, ut solanũ frigidum in ter-
tio ordine, & aridum, somniferum, ac uene-
nosum. Itẽ ingreditur aceti lib. j. ingredium-
tur & calida, ut macis, cubebę: & ut paucis
concludã, trifera hæc persica, immo dæmo-
niaca ob solani, ac aliorum simplicium in-
gressum inducit somnia non recta. Acciden
tia mala inducit (inquit Serapio) solanũ, fu- Serapio.
rorem, & ueluti ebrios reddit homines die-
bus tribus, & tandẽ mortẽ: & (ut inquit Me
sɛha) fructus solani semp̃ permistionẽ gene
rat sensus: ab ea igit̃ trifera cauendũ est tãq;
a leone rugiente. Vt igitur concludamus,
fateri debemus triferam hãc persicam ue-
nenosam, pernicioſam, naturæ humanæ ini-
micam.

Racematio errorum pharmacopola-
rũ, ac Arabũ autorum in antidotis, &
compositis pharmacis inuentorum.

Vdet me maiorũ negligentiæ, qui
tantum sepłasiariorum, ac pharma Sepłasia-rij, phar-macopo-læ.
copolarum uel incuriæ, uel insciti
indulserint, ut quæcũq; Arabes scripserint,
uelut mysteria quædam aut corrigere, aut

mutare nefas duxerint: sed plus omnino nostrorum recentiorum (Medicorum dico) qui eiusmodi uitia turpiter recepta, aliquãdo turpius ad hũc diem fouerint: neq; enim ingenium, aut eruditio, sed uoluntas defuit: adde q; plæraq; adeo nuda occurrunt, ut nemo tam hebeti sit ingenio, cui sub primũ occursum non ipsa innotescant uitia: quorũ genus est hoc quod dicam. In catapotijs de hermodactylis ingreditur turbith maxime uenenosum, incognitum, colocynthis pernicioſa, bdellium incertum, & a gallis non uisum, serapinum fœtidum, euphorbium naturæ destructiuum, & comburẽs. In catapotijs uero de lapide lazuli, ĩmo potius (si fas sit dicere) diaboli, lapis lazuli uenenosus, pernicioſus, solis pictoribus cognitus. Elleborus tandem nunq; a uero Christicola expertus. In catapotijs de lapide armeno Mesuæ ingreditur lapis in Armenia sola cognitus, sed nullibi repertus. Dyagredium similiter naturæ stomachi inimicum. In pilulis uero, quas de mezereon uocamus, lactaria, & naturæ contraria, & ipsum mezereon pernicioſum. In catapotijs lucis maioribus

Recentiores medici.

Mezereõ a græcis chamelea uocat: & arabes inter lactariorũ genera falso posuerũt.

Mesuæ colocynthis excoriatiua alui, ac nociua membris, turbith uenenosum, incognitum, & (ut Mesues inquit) lacticinium. Itẽ xilobalsamum Gallis & Italis incognitum. In catapotijs lucis minoribus ĩgreditur carpobalsamũ nunq; a nostris cognitum. Item lapis lazuli pictoribus familiaris, medicis pernicioſus. Ista a barbaris, mahumetensibus, persis, arabibus, pœnis, aphris inuẽta fuere, & in usum redacta. Fac igit lector amantissime, ut barbaries ista, quæ pridẽ omneis bonas artes occupauit, explodatur, seu fundatus profligetur: quare tuum & cæterorum, quos recta studia delectant, erit officium, ut quod ego unus nõ possum efficere, mecum simul facere studeatis: & quam sibi laudem quidam literatores dudum usurparunt uindicatæ Galliæ a barbaris, & arabibus, multo iustius nobis ascisamus, qui non sermonem latium recuperamus, sed omneis plane homines a mortis periculo eripimus, dum (expulsis sæculi nostri tenebris) ueterẽ medicinã in lucem reuocamus: hoc sane mihi uidetur uere philosophari, non de uocabulis, sed de rebus ad hominũ salutem pluri-

De ingenio curandorum corporum mum neceſſarijs, cum Perſis, Arabibus, Pœnis, & barbaris decertare.

Liber tertius de ingenio curãdorum corporum per pharmacias laxatiuas.

Nõ mireris cãdidiſſime lector, ſi in plęriſq; huiuſce noſtri libri locis Leonardũ Fuchſium ſequi tibi uidear: id enim feci, quia opinionem Galeni (a quo non libẽter diſcedo) ſequitur, & ſi cõtra me (licet falſo) Fuchſius ſcripſerit.

De medicina laxatiua an euacuet, ſeu adtrahat humorem, quia ſit ſimilis humori: an uero quia talis. Capũ. I.

ARabes atq; Pœni omnes adſirmant, ac adſerũt purgatorium pharmacum, nõ quia ſimile humori purgare humorem, ſed quia tale. Meſues enim illorum (ut dicunt) Euangeliſta libro primo canonum uniuerſalium capite primo manifeſtiſſime innuit pharmaciam purgantem humoribus adtractis nõ eſſe ſimilem, his uerbis. Medicina laxatiua nõ euacuat, ſeu adtrahit talem humorem, quia ſit ſimilis humori, ſed quia talis. Quam quidem ſententiam eſſe erroneam

Meſues.

Leonardus Fuchſius medicus percelebris ueterũ ſcriptis oſtendit: quam opinionem ſemper tenuimus. Græci eñ, ac antiqui oẽs unanimiter medicamentum purgandi uim habens adtractis humoribus eſſe ſimile adferunt, id quod in primis facit Hippocrates, qui libro de natura hominis in hanc ſcribit ſententiam. Pharmacum cum corpus intrat, primo in id quod omnium maxime ſibi ſecũdum naturam cognatum atq; ſimile eſt, agit: exinde reliqua trahit, & purgat: quemadmodũ ſtirpes & ſemina terram ingreſſę, ſibi quod ex ipſarum natura eſt, trahunt, uel acre, uel amarũ, uel dulce, uel ſalſum, uel aliud quid diuerſum, in primiſq; ex eo plurimũ quod ſibi naturali ꝓpinquitate maxime coniunctum eſt arripiẽdo, tũc cætera deinceps adtrahendo. Idẽ docet Galenus li. iij. ſimpliciũ ca. iiij. inquiens. Vnũquodq; medicamentorũ purgãtium humori quem attrahit ſimile eſt: ac fortius aliquo modo medicamen humore exiſtit, & propterea trahit, non autem trahitur: quemadmodum magnes lapis ſimilis eſt ferro, at quia fortior, ob id ferrũ adtrahit: nec ferrũ

Græci medici.

Hippocrates.

Galenus.

Cartamus

adtrahit ipſum. Ita cartamus eſt pituitæ ſi-
milis, uerum ob caliditatem ſuã pituita for-
tior, ideo & eandẽ adtrahit, & nõ adtrahit
ab ipſa. Quibus uerbis argumentatio etiã
diluitur, quã ſubobſcure Meſues inuit, quæ
Meſues. huiuſmodi eſt. Si ſimilitudo cauſa eſſet qua-
re medicamentũ humorem traheret: ita hu-
mor traheret medicinã, ſicuti medicina hu-
morem. Huic eñ occurrens Galenus ratio-
Galenus. nem reddit, quare cũ ſint ſimilia, hoc potius
trahit, illud trahitur, id ex ſimilibus trahere
dicens, quod ſit potẽtius: firma itaq; ſtat ad-
huc ueterũ ſententia, quod ſcilicet medica-
mentũ purgans adtracto humori ſimile ſit.
Si eñ diſſimile eſſet ac contrariũ, tunc eun-
dem magis procul a ſe pelleret, fugaretq;
q̃ traheret: cuius tamen contrariũ diutina
nos experientia rerũ quarũlibet magiſtra
edocet. Plura ea de re conquirant ſtudioſi
apud Galenũ libro. ij. de elementis, de atra-
bile. ca. vj. libro primo, de potẽtijs naturali-
bus. c. xiij. &. xiiij. libro de uirtute medica-
mentorũ purgãtiũ. Nẽpe in quolibet mor-
bo quando medicina mali humoris non ſu-
perat qualitatem, conuertitur in humorem,

turbat corp9, minuit uires, põdus his auget.

Quibus conueniat medicina era-
dicatiua, & quibus morbis præ-
mittenda concoctio Ca. ij.

VBi humores ſunt in aliqua parte corporis firmati, nec de loco ad locum mouentur, quemadmodũ contingit in morbis longis, eos medicamento purgãte euacuare ante concoctionẽ non oportet: neq; etiã minorandi (ut cõſueto noſtris medicis uerbo utar) ſunt humores non cocti: quãdo quæ cruda ſunt nullo penitus pacto mouere conueniat. Ita eñ pręcipit Hippocrates libro primo, Apho. xxij. inquiens, concocta medicari, & mouere nõ cruda, neq; in principijs, ſi nõ turgẽt. Proinde cũ minoratio humorum fieri non queat citra eorundem motũ, certum eſt eã adhiberi a medicis ante concoctionẽ nõ deberi: nã ea deiectio tormĩa, animiq; deliquia cũ eo quod nec quippiã notatu dignũ educit, procreat: crudi eñ oẽs ſunt humores, atq; pigri, ideoq; ob craſſitudinẽ, frigiditatẽ, q; ad motũ inepti. Quo fit, ut etiã uias oẽis anguſtas obſtruãt: per quas id quod medi-

Morbi ãte concoctionẽ nõ mouendi.

Hippocrates.

camentũ deiicit, ferri ad aluũ debeat: & ita
nec ipſi educuntur, & aliis ſunt impedimen
to. Accedit quod medicina ibecillis, multis,
ac copioſis humoribus præualere non põt:
alias em̃ a debiliori iformis fieret actio: qd
naturæ impoſſibile eſt, adeoq; eoſdẽ ſolum
mouet, nec educit: ita ut magna totius cor
poris fiat turbatio: medicamẽtis ergo tenta
da ſunt, iuxta Hippocratis edictũ, Cõcocta
tantũ, nõ cruda: id quod Galenus quoq; pri
ma Aphoriſmorũ, cõmẽto. xxiiij. docet, ita
ſcribẽs. In lõgis morbis ſemper oportet ex
pectare cõcoctionẽ: tũc em̃ naturã ipſam ha
bemus euacuatiõi adminiculantẽ: uidet ſi q
dẽ & ipa poſt cõcoctionẽ humores diſcerne
re, & ſuperfluitates expellere: ſed cum perfe
cte ipſa mouet, medicamento opus non eſt:
ſi uero mediocrius atq; imbecillius agat, id
quod deficit, oportet ſupplere medicando,
ut ex utroq; noxij humoris fiat euacuatio:
natura quidẽ expellente, medicamento ue
ro adtrahẽte: nã quẽadmodũ humores anc
concoctiones non ſunt minorandi, ita ne
poſt eandẽ ſunt eradicandi: id em̃ uetat Hip
pocrates libro. ij. Aphor. ita ſcribens, Plur
mũ atq;

Omnemis naturæ inimicum.

mũ atq; repẽte euacuare, uel replere, uel ca
lefacere, uel refrigerare, ſiue quouis alio mo
do corpus mouere, piculoſum: quoniã omẽ
nimis eſt naturæ inimicũ: quod autẽ paula
tim fit, tutũ eſt. Multa em̃ euacuatio (quam
eradicatiuã appellant iuniores medici) cõ
moderationẽ elemẽtorũ, in qua natura cõſi
ſtit (teſte Galeno) deſtruit: unaq; animalis
ſubſtantiã diſſoluit, eoq; nomine maxime
a medicis fugienda. Sed dum humores tur
gent, dũ motu uehementiore atq; tranſflu
xu ab una corporis parte ad aliã in morbi
principio feruntur, ægrũq; infeſtãt, ac quie
ſcere non permittunt, quod in acutis præci
pue morbis cõtingit: tales quidẽ humores,
qui de loco ad locum tranſfluunt, euacuare
conuenit nõ expectata aliqua concoctione:
quemadmodum docet Hippocrates primo
apho. xxiiij. dicens. In acutis paſſionibus ra
ro, & in principijs medicinis purgantibus
uti conuenit.

Galenus.

An medicamentis purgãtibus ex fla
ua bili correpti febre curari debeant,
an cum ſolis alterãtibus remedijs, iu
xta Galeni placita Ca. iij.

Plato. DLato in libro de uniuerſo ex mente Pythagoreorum de commotione corporis quæ fit per pharmaciã ita ſcribit. Purgationũ, conſtitutionumq; omnium corporis, quæ exercitatione gymnaſtica fit, ſaluberrima eſt: ꝓxime ad hãc accedit uectio facilis ſiue naui, ſeu quouis alio uehiculo peragatur. Tertia uero commotionis ſpecies tũc demum, cum ſumma cogit neceſſitas, utilis: aliter uero nullo modo ſanæ mentis homini ſuſcipienda medicorũ illa purgatio eſt, quę pharmacis, ideſt ſolutiuis medelis fieri ſolet: morbi em̃ niſi perculoſiſſimi ſint, pharmacis irritãdi nõ ſunt. Cornelius celſus. hęc Plato. Celſus Cornelius libro. ij. cap. undecimo ita ſcribit. Ergo nunq; in aduerſa ualetudine medicamentum eius rei cauſa recte datur, niſi ubi hic morbus ſine febre eſt. At ubi febres ſunt, ſatius eſt eius rei cauſa cibos, potioneſq; adſumere qui ſimul & alãt, & uentrem molliant. Oribaſius. Oribaſius quoq; in medicinæ compendio ait. Crudi autem exiſtentes humores, anteq; incipiant generare ægritudines, caute ſunt euacuandi: iam autẽ febrientes nullo modo: hinc ut in exhibẽdis

purgatorijs medicamẽtis, in acutis morbis cautos reddet medicos Hippocrates, ita pri Hippocrates. ma Aphoriſmorum. xxiij. præcepit, cũ ait. In acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus uti: & hoc cũ præmeditatione faciendum. Neq; tamen temere id feciſſe Hippocratẽ conſtat: quando, ut Galenus in eius Aphoriſmi explicatiõe ſcri Galenus. bit. Neq; periculum minimum in morbo acuto uti purgante medicamento: cum oĩa id generis ſint potentia calida: febris uero quatenus febris eſt, & ſui ratione nedum calefacientibus, atq; exiccantibus, ſed potius contrarijs, hoc eſt humectãtibus, & refrigerãtibus egeat. Quare, ut paulo poſt ait Ga- Galenus. lenus. Si exhibetur medicamẽtum purgãs, oportet cõſyderare, an maior ex noxiorum humorum euacuatione fiat utilitas, q; conſequatur detrimentum. Erit autem utilitas, ſi abſq; moleſtia omnis humor noxius & infeſtãs euacuet: ut uero hoc fiat, primo oportet conſyderare, nunquid æger idonee ſe ad huiuſmodi purgationem habeat. Sed quia calidi & ſicci ut plurimũ tertiana febre corripiuntur; ob id etiam reliquis minus ut tali

maxime apti, ad purgantia medicamenta idonei erũt. Præterea, si Galeno credimus, lib. x. Metho. ca. v. inedia calidis & siccis corporibus maxime noxia est: his uero qui in calida & sicca æstate febre laborant, quæ scilicet exustiõe, aut labore immodico, aut uigiliis, aut comprehensis iam animi motibus sit contracta, non tantum noxia est, sed si quicq̃ aliud, plane pernicioſa: quippe uel in febres ardentes ex ea incidunt, a quibus nisi prius mors occupet, in hecticas migrãt, atq; ab his in marasmũ, uel protinus ardentibus præteritis, in hecticas. Quod si itaq; calidas & siccas naturas tantum malum exinedia corripit, cur idem non & ab immodicis deiectoriis medicamentis, quę subinde inedia multomagis corpus exhauriũt contingeret? porro cum curatio tertianę, & omnium quoq; febrium putrescentium in hoc sita sit, ut humores noxij febres facientes euacuentur: & calor qui præter naturam inualuit, expugnetur: calor autem in tertiana multo humoribus noxijs maior sit: ideo in eiusdem medicatione (ut antea ex Galeni quoq; decreto diximus) medicus magis ad

contrariam qualitatem expugnandam animum uertat, q̃ ut quomodolibet euacuet. Q̃d nõ ideo dixerim, quasi in uniuersum febrientes purgatoriis medicamẽtis non esse tẽtandos putem: quando euacuatio per eadem commode facta (iuxta Galeni etiã sententiam) a ratione non sit aliena. hoc unum autem moneo, ne iterum atq; iterum adhibeatur, atq; hoc pacto ægrũ ad tabem usq; perducat. Galenus enim manifestissime docet in tertiana febre id magis conari debere Medicum, ut cõtrarijs qualitatibus febrem oppugnet, q̃ ut quomodolibet euacuet: qñ euacuatiões istæ subinde plus qualitate noceant, q̃ expurgando prosint. Et id uoluit quoq; cordubensis ille Auerrhous lib. vij. sui Colliget. ca. xj. in hũc modũ. Et scimus certissime quod natura habebit dominium supra hunc humorem: & propter hoc non debemus eum mouere cũ medicinis adtractiuis, sicut est scammonia: eo quod rectificando eam quanto plus possumus semper membris principalibus habet inducere nocumentum: & propter hoc uirtutem debilitat, & auget caliditatẽ febrilem, & siccita-

Galenus.

Auerrhoꝫ

Scãmonij malitia.

tem suam. Et si aliud non iuduceret nocumẽ
tum, nisi conamen surgendi, & decumben
di, modicum non inueniretur: quia comple
xio inde supercalefit, & debilitatur. Sed ap
parente signo digestionis, non est malum
dare aliquam medicinam quæ habeat leni
re materiã, & humectare. Hæc ille. Sed ne
mo est qui ignoret, q̃ omnes ferme nostri
sæculi medici id maxime conentur, ut in fe
bribus intermittentibus, tertiana etiam sin
cæra & exquisita, non semel, sed iterum atq̃
iterũ purgãtes medicinas propinant. Quã
uero erroneũ sit, primũ Platonis testimo
nio, deinde etiã ueterũ medicorũ testimo
niis, ac rõne una, aut altera demõstrauimus.

An sanos purgare cõueniat: & an purgatio pueris, & infantibus quãdoq̃ sit utilis Ca. iiij.

QVibus suis purgantia medica
mẽta esse exhibenda docent Hip
pocrates, Galenus, cęteriq̃ antiqui
medici, sed indigentibus tantum, neq̃ quo
cunq̃ tempore, sed ex longis interuallis: nã
cotidiana in corpore humano superfluitatũ
generatio multo minor est, q̃ ut cotidie,

aut quouis tempore purgans exigat phar
macum, nec etiam omni mense: nam hoc pa
cto non solum nocebũt, sed corpora in pra
uam quoq̃ consuetudinem trahent. hæc em̃
sententia Galeni fuit libro. iij. Aphor. com
mento. xv. Quid ad ista respondebunt, qui
non tantum semel aut bis mense, sed quauis
etiam hebdomada bis aut ter uel catapotia,
uel eclegma aliquod deuorãdum propinãt,
& his etiam qui integra sanitate fruuntur?
Proinde magis id conentur medici, ut ma
lorum humorũ, superfluitatumq̃ genera
tionem prohibeant, q̃ ut semper euacuatio
nibus īmodicis sanos iuxta, ægrosq̃ excru
cient, id quod docuit Galenus etiam lib. ij. Galenus.
de potentijs naturalibus cap̃. vij. cõtra Era
sistratum disputans, in eum modum. Sicuti
igitur neq̃ cum ijs qui de humorum gene
ratione, de quibus cum non habeat aliquid
aliud, uel parum uerisimile dicere putat: a se
opus repellere fingens: quod de illis consy
deratio nullam habeat utilitatem. Itaq̃ per
Deos, quomodo quidem cibi in uentriculo
concoquãtur, scire conducit: quomodo au
tem in uenis bilis generetur, superfluum est

quærere: & de sola ipsius euacuatione cura habenda est: negligenda autem generatio, tanq̃ non multo melius existat, ne plus de ipsa generetur, statim ab initio prohibere, q̃ in eius euacuatione solicitari. Conueniet itaq̃ hoc unum anxie curare nr̃os medicos, si nõ Erasistrati magis, q̃ Galeni sectatores esse cupiãt, ut humorũ generationẽ, cõuenientem prẽscribẽdo uictum, magis prohibeãt, q̃ ut tot pharmacis enecẽt. Lubens hic prætereo alia nocumẽta, quę frequẽs medicamentorum acceptio in uẽtriculo, hepate, ac alijs mẽbris ꝓcreat, quę passim apud autores inculcant. Cæterũ nõ desunt inter medicos, q nõ solũ ea ratione peccãt, sed qui in eam etiã sæuitiã prorũpunt, ut infantibus adhuc pueris medicamenta deiectoria propinent, Scythæ certe uerius q̃ medici, contra omnium cum ueterum, tum recentiorum præscriptũ ætatem non animaduertentes: cum præcipue magnus ille Hippocrates moneat, in purgationibus inspicere oportere & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non. At quid multis? nulla profecto lex est, ut Plinius ait, libro

Hippocrates,

xxix. ca. primo, quæ puniat insciti am capitalem medicorum: nullum exemplum uindictæ: discũt periculis nostris, & experimẽta per mortes agunt: medicoq̃ tantum hominem occidisse summa impunitas est: quãdo hercule in hac artium sola eueniat, ut cui cunq̃ medicum se profitenti statim credat. Verum iusto Dei iudicio ita fit, quãdo nulli penitus fides habeat: apud magnates, imperatores, reges, duces, etiã atq̃ principes omneis, q̃ huic uni qui cæteris garriendo, iactãdo, pollicendo, mentiendo, adulãdoq̃ polleat: quiq̃ famam nouitate aliqua aucupari, atq̃ hoc pacto animas negotiari studeat. Docti interim ludibrio habentur: nec est qui eosdem admiretur. Scio quos hoc loco notem: nec enim omnes a me perstringũtar, sed tantũ ij qui in quouis affectu purgãtibus medicinis uti commode posse putant: & qui hoc pacto omne morborũ genus deuitandum esse existimãt: nec aliud in ore habent magis tritum, q̃ hoc unũ, purgatione opus habes: hoc enim remedio quicquid in corpore nocuũ est, abiges. Quantum enim a ueritatis semita aberrẽt, facile intelligent,

Plinius.

qui Galeni v̄ba, quæ in lib. iij. Aphorismorũ commẽto. xv. in hũc ſcribit modũ, legẽt.

Galenus. Si uero quiſpiã uoluerit bis mẽſe, aut ſemel ſaltem pharmacijs uti, ueritus ne ſuperfluitatum multitudo adgregetẽ, prẽter id quod nocebit, corpora etiam in malam trahet cõſuetudinem. Perpendant inquam aduerſarij aurea hæc Galeni uerba, quando penitus illorum ſententiam damnet.

An in colico cruciatu ſit utẽdum purgatorijs Ca. V.

QVod in colico cruciatu nõ ſit utẽdum medicamentis purgatorijs, ratio eſt, quoniam magnam humorũ copiam ui forti, qua prædita ſunt ad uentriculum, ac dein quoq; ad infima trahũt: atq; hoc pacto dolorẽ Coli adaugent. Quod eo etiam citius fit, quod illic ſit magna obſtructio, atq; adeo una cũ excrementis, humorũ quoq; adtractorũ per medicamenta ingens copia in inteſtinis detinetur: quod nõ ſine magno dolore, & ęgri periculo ſummo fieri põt. Cuius rei teſtis eſt recentiorum medicorũ doctrinam Arabum ſequentiũ Idolũ Auicenna, qui Fen.

Auicẽna.

xvj. Cano. iij. tractatu. iiij. ca. j. de colicæ cura ita ſcribit. Et accidit interdum, ut medicinę adtrahentes ex corpore adtrahãt ad inteſtina humores alios malos, & quandoq; adtrahunt humores puros. Quare adgregantur excoriatio & colica ſimul, & hoc eſt ex nocumnetis mortalibus. hinc eſt qd̄ Galenus, uel quiſquis tandem eius libri autor fuit, ca. iij. Dinamidiorũ omneis colica affectos ad purgationes inhabiles eſſe affirmat: quod etiam confirmat hiſtoria quę ſcribitur a Galeno lib. xiij. Methodi ca. vij. de quodam iuuene, qui ſæpe colico cruciatu affectus ex Scammonię ſucco purgatus eſt: cum autem bene largiterq; fuiſſet uacuatus, poſtea ſimilis redijt cruciatus: quod deinde audiens Galenus, ſymptomataq; eius expendens, libro primo de locis paſſis ijs modum pręſcribit: quem propinandis medicamẽtis in coli cruciatibus obſeruare debet, dicẽs. Non eſt dubium, quin poſſint ea exhiberi quę educunt humores ex inteſtinis, nec aliunde alios adtrahũt. hoc autem (eodem teſte) poteſt confectio quæ hiera ſimplex nominatur, ſi cum clyſtere inijciatur; fortiora autem minime

Galenus.

Galenus.

Oribasius sardianus.

adhibenda sunt. Ita & Oribasius sardianus in libro curationũ in primis clysterem adhiberi ex mulsa, aut ex succo ptisanæ docet, & cibos euchymos, & qui non facile corrũpantur accipere: oportere autem & euacuari humores, aut temperari, neutrum tamen fieri posse ait. Quibus uerbis subindicat, nõ posse medicamentis purgatorijs in Coli curatione fieri euacuationem, obstructa enim essent intestina. Magnam tamen iuniorum medicorum partem in colica exhibere medicinas purgãtes, easq; ex scammonia, atq; turbith confectas non aliunde certius, q̃ ex eorundem libris adgnoscitur, in quibus electuaria, ut uocant Indi, & diaphenicon is ijs qui colicæ dolore laborant propinanda docent, quorum confectionem Scammonia atq; turbith etiam constituunt. Sed hæc sunt ficiant quæ dicta sunt ad confutandum manifestissimũ hunc errorem cum Arabũ, tũ recentiorum: nec plura desyderabũt, qui ueritatem ex animo amant.

An in dysenteria medicinæ purgantes ex scammonia, & similibus confectæ conueniant Ca. VI.

NOn desunt q̃ & in dysenteria electuarium de succo rosarũ, aut de prunis solutiuum propinãt, quorum constitutio citra scammoniã non fit. Cæterum quod purgantibus medicamẽtis ex scammonia, & huius generis fortibus confectis nec in dysenteria sit utendũ, euincit ex Hippocrate, qui in libro de morbis qui extra dysenteriæ curationẽ ex ꝓfesso tractans, nihil medicamentorum deiciẽtium aluũ exhibet, sed uentrem ex lacte decocto tantũ diluit: id quod facit paulopost in lienteriæ quoq; curatione. Nec discedit ab Hippocratis sententia Alexander Græcus lib. ij. ca. viij. qui curationem dysenteriæ in hunc modum tradit. Dysentericorũ ergo fluxũ, uentrisq;, & intestinorum curabis sticis cataplasmatibus, & potui dabis lac decoctum: si autem non minus hemina una. Celsus quoq; cornelius legitimus Hippocratis interpres lib. iiij. ca. xv. de dysenteriæ curatione, omnia ea fugiẽda esse docet, quæ exulcerationem cõcitare possint: ob id (ait) oportet in primis conquiescere: siquidem omnis agitatio exulcerat, deinde ieiunum

Hippocrates. Alexãder græcus.

Celsus.

sorbere uini cyathū, cui contrita radix quin
q̄ folij̄ sit adiecta. Et paulo īfra. Si uetustior
morbus est, ex inferioribus partibus tepi
dum infundere oportet, uel ptisanæ cremo
rem, uel lac, uel adipem liquatā, uel medullā
Cornelius ceruinam. Iam si ex Cornelij̄ consilio omnia
quę exulcerationem mouere nata sunt, abij
cienda procul erunt, quid remotius abesse
debet, q̄ purgatoriū medicamentū, quod
ui sua magnam acrium humorū molem ad
exulcerata iā ītestina deducit? proinde recte
admodū author Dinamidiorū capite .iiij.
dixit, Dysenteria affectos purgationi per
Galenus. medicamenta ineptos esse. Quod & Gale
nus lib. xiij. Methodi cap̄. iij. ijs uerbis insi
nuat. Neq̄ igitur cum uel circa sedem, uel
aliquā huic uicinā partem initiū phlegmo
nes incidit, aluum deijcies, neq̄ cum in ue
sica, uel renibus cœpta est, pharmaca quæ
urinas prouocent bibēda dabis. Nec si mu
lieri in utero, uel pudendo insedit, menses
huic prouocabis. Sed ad alias partes quæ ma
xime longinquæ sunt, semper auersionē fa
cies. Et rursus lib. primo ad Glauconem ca.
xiij. inquiens. Sed neq̄ si fuerit febris cum

profluuio uentris, alia est opus euacuatione:
uerum hæc sola sufficit, quamuis nō sit pro
multitudinis ratione. Quicūq̄ enim ijs plu
ra adimere fore necessarium putātes aut san
guinē mittere, aut uentrem mouere tenta
runt, in grauiora pericula duxerunt. Quod
si itaq̄ in alui profluuio cum febre Galenus Galenus.
medicinam aluū subducentem, ob uitandū
animæ defectum, propinare prohibuit: cur
non magis ab eiusdem exhibitiōe cauebit
medicus in dysenterię malo: ubi non solum
ad eius acceptionem maior sequitur intesti
norū exulceratio, uerumetiam animæ defe
ctus, ob crebrum egerendi conatū, multo ce
lerius accidit: cui malo antea quoq̄ affecti
dysenteria plus satis obnoxij̄ sunt: id quod
testatur Galenus, qui paulopost subdit Ani Galenus.
mo deficiunt & in morbo, cui choleræ no
men est, & in profluuijs uentris, & difficul
tatibus intestinorū, ac lenitatibus. Idē hoc
quod prædicti autores docet & Auicenna,
quem utinā iuniores medici in his magis,
ubi recte ac cū uetustioribus sentit, q̄ in his
ubi falsa docet, imitari uoluissent: is enim
Fen. xvj. cano. iij. trac. ij. ca. vij. de cura exul

cerationis inteſtinorũ ita inquit. Et ſi fuerit
neceſſaria euacuatio propter humoris mali
ciam, utere ea cum timore, & cautela: & ſtu
de ne ſolutiuũ uehementer noceat ueſtigio
& ulceri, immo ſit ſicut myrobalanus: & re
ctifica ipſum cũ eo quod miſcetur ei ex his
quæ ſunt ſicut dragagantum, & ſimilia. Si
itaq; myrobalanus ex auicennæ ſententia,
cui præcipua uis eſt extinguẽdi bilis feruo
rem, ſine medicamine conglutinãdi uim ha
bente exhiberi nõ debet, quid de rhabarba
Leonardꝰ Fuchſius. ro ſentiendũ erit? Leonardus fuchſius eorũ
ſententiam non probat, qui rhabarbaro u
cunq; etiam torrefacto utũtur: hi namq; (in
quit) & ſi ueterũ ſe ea in re exemplũ imita
ri exiſtiment, fallũtur tamen ſua opinione
nec enim unq̃ aliquem ex ueteribus, imm
nec Auicennam eorũ principem rhabarba
ro ad ſubducẽdam aluũ uſum fuiſſe compe
rient: neq; id mirũ, antiquorũ (inquit) rha
barbarũ a noſtro penit? diuerſum erat: hinc
cum noſtrũ hoc rhabarbarũ aliud ſit ab eo
quo ueteres utebantur, decipi neceſſariũ eſt
eos, qui hoc noſtro ſe ad antiquorũ exem
Manardꝰ. plum uti putant. Manardus tamen, ut lib.
capi. c

ca. j. de rhabarbaro dictũ eſt, tenet eandem
eſſe radicem rhabarbari apud antiquos, &
iuniores medicos: ſed Dioſcoridem, Gale- Galenus. Plinius.
num, & Pliniũ de uiridi loquutos: eã uero
quæ ad nos adfertur, ualde ſiccam eſſe: qua-
re apud Dioſcoridẽ abſq; odore ſcribitur
eſſe: apud iuniores noſtros cũ odore deſcri-
bitur. Sed hanc opinionem Manardi non
tenemus, ſed aliud dicimus eſſe rhabarba-
rũ, & aliud rheon antiquorũ.

Quibus in morbis frequens cly-
ſterum uſus cõueniat, quibus ue-
ro diſconueniat. Ca. VII.

CLyſter clyſteris latine, ideſt laua-
men, nõ quo uulgus Arabũ abuti
tur in neutro genere clyſtere cly-
ſteris: clyſtere aluũ lauare, purga
reue ſolemus. Plinius. Cucurbita infuſa cly-
ſteribus inteſtinorũ omniũ uitijs medetur.
Vſum clyſterum in ægypto auis quædam
nomine ibis indicauit, ciconiæ fere ſimilis,
& ipſa quoq; ſerpentum pernicies: hæc ro-
ſtri aduncitate per eam partem ſe proluit,
qua reddi ciborum onera conſueuere: hinc
clyſterem facere primum didicerũt: ut ſcri-

bit Galenus introductionis medicorū capi-
te primo. Clyſter licet euacuet materiam
quæ dolorem concitauit, ab omnibus inte-
ſtinis craſſis, ac gracilibus: tamen inferiori-
bus, magis q̄ ſuperioribus auxilio eſt, me-
diæ circa media actionem operatur: magis
igitur purgat infima, minus ſuperiora, me-
diocriter media. Arabum princeps Auicen-
na ait, Acriores, acutioreſq̄ clyſteres debili-
tant hepar caloris eorū gratia, unde febrim
euocant, & concitant: quæ hercle maxima
ſunt incommoda: nam hepar in corpore no-
bili fungitur officio, ac periculis omnibus
eius opus perneceſſariū eſt, Galeno, vij. Me-
thodi curandi teſte: quod ſi intermittit, cor-
pus non leue periculū ſubit: quare fit, ut in-
telligentes huius particulę tum functiones,
tum uſus haud difficulter inuenient, quate-
nus eius robur cuſtodiri oporteat. Frequēs
clyſterū uſus in ijs qui renū calculo laborāt,
ideo damnādus eſſe uidetur, quod ſua quā-
titate ac copia inteſtina extendētes, meatus
per quos calculo ad ueſicā tranſitus eſt, coar-
ctant: quo nomine non ſolum dolor auctior
fit, ſed & calculi tranſitus impeditur: quod

Auicenna princeps arabum.

Galenus.

eo magis efficiunt, ſi iſtis purgantia medi-
camenta commiſcentur: nam tunc humores
per medicamenta adtracti, plus etiam inte-
ſtina, meatuſq̄ per quos calculo trāſitus eſt,
comprimūt: adeo ut nō ſolum calculus, ſed
& clyſter non ſine magno ægrorum & da-
mno, & cruciatu aliquādo dieb⁹ aliquot de-
tineatur: proinde cōſultius fecerint medici,
ſi uel penitus neglexerint clyſteres, ac bala-
nis, ſeu (ut ipſi uocant) ſuppoſitorijs utant̄:
aut lenientes tantū, ubi aliter fieri haud po-
teſt, ac modicæ quantitatis inijciāt: id quod
etiam Auicenna perdocet Fen. xvij. canoñ. Auicēna.
ij. trac. ij. ca. xix. dicens. Et ſi fuerit conſtri-
ctio aliqua naturæ, tūc de rectioribus rebus
eſt extrahere fecem cū ſuppoſitorio, aut cū
clyſtere non magno, quod coarctet, & dolo
rem faciat: immo ſuppoſitorium amabilius
eſt mihi: hinc eſt quod Razes ī nouo ad Al- Razes.
manſorem nihil de clyſterū iniectione præ
cipiat: quorum uſum ſi ad calculi curationē
accommodatum cognouiſſet, dubio procul
non reticuiſſet: quemadmodum & in colico
dolore eorundem uſum non neglexit: ideo
recte admodū Galenus lib. vj. de locis affe- Galenus.

ctis,capi.ij.dixit colicorum cruciatus mul-
to magis,q̃ nephreticorũ lenientibus miti-
Hippocrates. gant̃ clysteribus.Hippocrates quoq; in lib.
de morbis,qui intus ubi ex professo calculi
curationem tractat,clysterum nunq; memi-
Alexãder græcus. nit. Ita &Alexander græcus lib.ij.ca.clxxx.
nihil de illorum iniectione præcipit.Porro
in curatione calculi ea methodus erit obser-
uanda,ut si æger robustus,ac iuuenis fuerit:
tunc aut purgans medicamentum deuoret,
aut poplitis uenam secet, dein balneo aquæ
dulcis,& inũctionibus laxantibus meatus,
molliẽtibus utatur,atq; post hęc medicinas
Hippocrates. etiam urinam mouẽtes accipiat.Cous Hip-
pocrates primũ obtinens locũ in.vj.Epidi-
miarũ lib. sectione prima sic docet.Et in re-
nem dolor grauis,quando cibo implentur,
pituitam uomũt:cũ uero dolores crescũt, u
rulenta & faciles quidem fiunt: soluũtur au
tem cum cibis arenulæ rufæ subsistunt,sub
cruenta profluũt,stupor seu torpor femoris
secũdum rectum quiescere, non confert,sed
exercitari,nec impleri,iuuenes ueratro pur-
hare, poplitẽ secare, lotiũ mouentibus pur-
gare, extenuare, mollificare. Quibus sane

breuibus admodum,& succinctis uerbis nõ
solum curationem paulo ante prescriptam,
sed & signorum quoq; catalogum comple-
xus est Hippo.Razes suadet eadem,ita scri- Razes.
bens.Cum in renibus fuerit lapis,æger bal-
neum aquæ dulcis frequenter ingrediatur:
& renes,& alia ex oleis inungantur: in po-
tu quoq; sumantur quæ lapidem frangunt.

An stercora in uentriculo siue stoma-
cho suam recipiant formã substantia-
lem, An uero in intestinis gracilibus
per alterationẽ, quæ ad substantiam
terminatur. Ca.VIII.

AVicennæ autem fuisse sententiã, Auicẽna.
stercora generari ĩ stomacho, ex
eiusdem uerbis quæ scribit Fen.
xvj.Canoñ. iij.tract. primo,capi-
te primo aperte colligitur. Penetrãti enim
(inquit)in meri non attribuit ex uirtutibus
naturalibus,nisi uirtus una:penetrãs autem
in intestino primo patitur a duabus uirtuti
bus:quarũ una est expulsiua,quæ est in sto-
macho,& altera est adtractiua, quæ est in
intestinis:& adiuuat eam fex, quę prouenit
propter summam cibi:& fit facilis propter

illud expulsio per uiam temperatæ amplitudinis. His postremis uerbis quid manifestius est, q̃ Auicennam sentire fecis seu stercoris generationem esse in stomacho, quando dicat ui adtractiua intestinorum fecem a stomacho expulsam adtrahi? Verũ erronea hæc est in uniuersum sententia: ex Galeni namq;, ac probatissimorũ medicorum mente, stercora non fiunt in uẽtriculo, sed in intestinis gracilibus per alterationem, quę ad substantiam terminatur, generantur: proinde & si materia ex qua fit stercus, in uentriculo gignatur, plurimamq; prius in ipso alterationem habeat: nondum tamen est stercus, donec ad tenuia intestina proueniat: sicuti & materia urinæ aquosa scilicet superfluitas: & ipsa in uentriculo ex cibis & potibus generatur: quæ est etiam materia sudoris; non tamen propterea dicimus, aut urinam, aut sudorem suã formam substantialẽ in stomacho, sed illã in uenis, seu (ut Theophilo placet) in renibus: hunc uero in membris suscipere, ad quæ aquosa illa superfluitas una cum sanguine delegatur. Hanc porro esse Galeni sententiam testantur ea quæ

Galenus.

Theophilus.

Galenus.

retulit libro. iij. de potentijs naturalibus capi. vij. in hunc modum. Ostensum siquidem prius est, quod nihil subito in cõtrariã uertitur qualitatem: quomodo igit̃ panis fit sanguis, quomodo autem lactuca, & faba, uel aliorum aliud quicquam, nisi prius alteram susceperit alterationem? Quomodo autem stercus in subtilibus intestinis subito fiet? Quid enim fortius existit ad alterationem, q̃ ea quæ in uentriculo sunt? Nunquid tunicarum multitudo, uel uicinorum uiscerum iuxta positio, uel moræ tempus, uel natiua quædam in intestinis caliditas: atqui in nullo istorum intestina uentriculum superant. Et quæ scribit libro eodem cap̃. xij. dicens. Neq; enim cibi quidem pristinam permutant qualitatem ita celeriter, ut cũ in tenuia inciderint intestina, stercus fiant. Ex quibus Galeni uerbis manifestissimũ fit, stercora in intestinis tenuibus fieri, non quidem per separationẽ, & depurationem a chylo (ut Iacobus a Forliuio putat) sed per alterationẽ magis, quæ ad substantiam terminatur: id quod insinuat in uerbis. Neq; enim cibi pristinam permutant qualitatem ita celeriter,

Galenus.

Iacobus a forliuio.

ut cum in tenuia inciderint inteſtina, ſtercus fiant. Si itaq; non celeriter in tenuibus inteſtinis cibi permutantur in ſtercus, ergo multo minus in uẽtriculo. Quod deniq; ſtercus non fiat in uentriculo, ita colligitur. Si ſtercus gigneretur in ſtomacho, tũc homo cotidie uomeret ſtercus, cotidie ſingultiret: nã tale quid accidit lienoſis, non alio profecto nomine, niſi quia ſtercus aſcendit ad uentriculum: id quod teſtatur Galenus libro. vij. Aphoriſmorum, commẽto decimo, ita ſcribens. In Illis nihil exit per inferiora: & hoc eſt proprium inſeparabile paſſionis. Vomitus autem non ſemper adeſt, ſed quando exitiales ſunt, & ſi uehementius diſtorqueãtur, ſtercus eis aſcẽdit, atq; ſingultiunt: itaq; ſi ea ſymptomata ſtercus aſcendens ab inteſtinis ad uentriculũ efficere poteſt in ilio, cur non eadem efficeret in ſtomacho genitum & procreatum? Præterea ſi in uentriculo generaretur ſtercus, neceſſarium foret, q; in ilio ſtercus ad proximiores ſuperiacentium inteſtinorum partes expelleretur, ſtomachum adeoq; totum tenue inteſtinũ pertranſiret, quando prius ſuam in eo habuiſſet

Galenus.

generationem: quod tamẽ fieri Galenus li. iij. de potentijs naturalibus capi. xiij. docet. Iacobus a Forliuio ſecũda particula Aphoriſmorũ manifeſtiſſime inuit ſtercora ſuam formam ſubſtantialem, ſeu eſſentiam prius in ſtomacho, ac deinde accidentalem in inteſtinis ſuſcipere. Si enim (inquit) in iteſtinis ſolũ per ſeparationem atq; depurationem, (ut ipſe ait) a chylo fiunt ſtercora: certo certius eſt, eorundem eſſentiam in uentriculo prius eſſe procreatã, alias enim a chylo iam ſegregari non poſſent. Ita autẽ ſentire Iacobum tertia eius quam ponit concluſio clarius indicat, quã & probabiliter poſſe ſuſtineri inquit. Eſt autem hæc aliquando fex, quæ tam quo ad ſubſtantialem, q; quo ad accidentalem formam in iteſtinis fit. Quibus iterum uerbis indicat rariſſimũ eſſe, ut ſtercora utranq; formam in inteſtinis ſuſcipiãt: quod q; falſum ſit aſſerere, pauloante oſtendimus: nec enim raro, immo ſemper ĩ ſanis hominibus ſecũdum utraſq; formas in inteſtinis ſtercora fiũt. Effinxit autem Iacobus a Forliuio has treis concluſiones, ideo quia arbitratus eſt ſeſe hoc pacto principem ſuum

Iacobus a partibus.

De ingenio curandorũ corporum

Auicennã ab errore uindicare posse, ac Galeno facere concordem, quasi prima esset Auicennę, secunda uero ex Galeni sententia excogitata: nec una alteri pugnaret.

Quibus competat euacuatio, quibusue sola alteratio Ca. IX.

Galenus. GAlenus in explicatione Aphorismi. xvij. lib. ij. in hũc modum scribit. Plus cibi q̃ modo naturæ cõueniat, repletio nominatur: uerũ ea ī nostris corporibus duplex est: una quãtum ad uasorum amplam capacitatem, altera q̃tum ad illam, quæ non gubernat naturam, nũc Hippocrates docet. Ista autem nemo frustra me admonuisse existimet, quando ad istarum diffinitionum præscriptum facile etiã curationem adhibebit medicus: plethora nanq; referente Galeno libro. xiij. in therap. Metho. ca. ij. sanguinis missione curatur. Quod si uero recentiorum præscriptio obsecundata fuerit, mox a uera medẽdi methodo te aberrare cõtinget. Ex his itaq; colligi potest, quod quemadmodum plethoræ, cacochymiæ, atq; repletionis ad uirtutem diuersę sunt curationes: ita etiam eas-

Hippocrates.

dem inter se esse diuersas, ac differentes conuenit: atq; adeo commentum iuniorum plane frigidum est, repletionem ad uirtutem, alias cacochymiam nominari: id quod testatur etiam Galenus lib. xi. therap. Methodi cap. xij. in hunc modum scribens. Porro deficiunt, redundantq; quędam in quantitate, quædam in qualitate: in quantitate cum sanguis immodice est auctus, aut rursus minor redditus: in qualitate enim uel calidus, uel frigid⁹, uel crassus, uel tenuis plus iusto, minusue est effectus: atq; adeo differt cacochymia a repletione in qualitate, quandoquidẽ & illarũ etiam curatio differt: illa enim (ut dicemus) purgantia medicamenta, hæc uero alteratiua solum desyderat. Tertio errãt, quod cacochymiã repletionẽ ad uirtutẽ nominant: nã & si oĩs plethora, oĩsq; cacochymia repletio ad uirtutem dici queat: tamen econuerso quæ uere repletio ad uirtutem dicitur, neq; est plethora, neq; cacochymia: ut si quis cibum boni succi nõ in tanta quantitate sumat, ut extendat uentriculum: eum tamen, & si modicum ob imbecillitatem cõcoquere non potest, tum quia grauat uirtu-

Galenus.

tem,uocatur repletio ad uirtutem , non au
tem plethora:quia uentriculum quantitas c
bi ſumpta nō extēdit,nec cacochymia, qui
uitioſi nihil in ſe cōtinet: ideoq; repletio a
uirtutē reliquis nō cōmiſcet, ſed ſeorſum d
Hippocrates. uiſionis mēbrū cōſtituit.De ea loquit Hip
pocrates,ut dictū eſt libr.ij. Aphoriſmor
Galenus. dicēs. Vbi cibus præter naturā plus īgeſtu
eſt,hic morbū facit.Galenus porro lib. iij
therap.metho.ca.iiij.& lib.xiij.ca.iij.eas i
definit. Vbi æquabiliter īter ſe ſucci,ſeu h
Hanc de plethora & cacochymia opinionem tenet Leonardus Fuchſius Germanus, & ſi annic⁹ noſter Hieronym⁹ Mōtuus cōtraria tenuerit opinionē,ac ſcripſerit contra Fuchſiū, ſed opiniones liberę ſūt. mores ſunt adaucti ,id & plethoram Grę
uocant:nos plenitudinem,& ſuccorum ab
dantiā dixerimus:ubi uero uel flaua bili,u
nigra,uel pituita,uel ſeroſis humorib⁹ refe
tum corpus eſt , eum habitū cacochymiam
quaſi ſuccorum uitium dicas,nominant .
lib.ij.de tuēda ſanitate,plethora(inquit)ce
ſuccorum æquabiliter ſe habentiū redun
tia:cacochymia uero uitioſi ſucci abunda
tia & copia.Repletio autē ad uirtutem e
dem Galeno lib.iiij.de tuenda ſanitate teſti
eſt quæ uires prægrauat.Ex quibus Gale
deſcriptionibus manifeſtum fit iuniores
plethoræ deſcriptione, dum eadem etia

eſſe affirmant,ubi unus humor abūdat. Nā
id ex diametro cum Galeni diffinitione pu
gnat:qui eam humorum omnium ex æquo
abundantiam eſſe dicit: proinde ubi unus
abundat humor , nō plethora , ſed cacochy
mia appellari debet: quemadmodū ex eius
diffinitione ſatis conſtat. Secūdo errant de
ſcribēdo cacochymiam , aſſerentes eam eſſe
ubi humores ſua qualitate excedūt , cū ea ſit Galenus.
(ex Galeni ſentētia)ubi unius ex humori
bus adeſt copia, ac abūdātia. Quod ſi uerū
eſt,certe nō qualitate tantū, ſed etiam quāti
tate nocet cacochymia : id quod Galeni etiā
docent uerba, dū inquit. Vbi flaua bili, uel
nigra,uel pituita refertum corpus eſt, caco
chymiam nomināt. Si itaq; humore aliquo
corpus in cacochymia refertū eſt, ergo me
rito repletio ad uaſa,aut in quantitate uoca
tur: quando ſine uenarū extenſione corpus
refertum dici non poſſit: nō autem repletio
in qualitate,quādo ea potius ſit,ubi ſanguis Recentes medici.
ſua qualitate excedit. Recētiores duplicem
repletionem faciunt,unam ad uaſa, alteram
ad uirtutem nominātes : aut unam in quan
titate,& alterā in qualitate: illamq; alio no

mine plethoriam (ita enim loquuntur) hanc uero cacochymiam appellãt: plethoriam autem seu repletionẽ in quantitate diffiniunt esse, ubi oẽs simul humores sua quãtitate excedunt, aut unus tantũ: cacochymiam uero ubi humores sua qualitate tantũ, puta calidi tate, aut frigiditate, humiditate, aut aridi te exuperãt. Et illam alio nomine uocari repletionem ad uirtutem docent. At quanquam sic definiendo fuerint hallucinati, iam meridiano sole clarius indicauimus repletionem unam esse in quantitate, & eam dici plethoriam, alteram in qualitate, & illam uocari cacochymiam, quando potius ex ueterum sententia ita diuidendum erat. Repletio duplex, una ad uasa, altera ad uirtutem: ad uasa rursus duplex: nã una plethoria, altera uero cacochymia. hoc modo esse diuidendum ex earundem descriptionibus iam probauimus ex Galeni, ac Hippocratis testimonijs.

Tenet cũ iunioribꝰ amicus noster Hieronymꝰ mõtanus, sed cũ tempore mutabitur eiꝰ opinio.

Repletio duplex.

Plethoria

Corporis humani temperamentum, & cuiusuis rei naturam nosse medicũ oportere. Item de cęcis siue abditis proprietatibus, quas Arabes occultas, siue specificas uocant Ca. X.

GAlenus inter medicos principes secundus cõmemorare solet in libris quos de febribus inscripsit, humani corporis temperamentũ, & cuiusuis rei naturam nosse medicũ oportere: quod quidem ex artis medicinę exordijs euidentiori ratione intelligi potest: hoc est ex ipsa corporis specie, ex arterijs, uenisq; urinæ præsagijs, ex membris, eorum colore, naturalis corporis motu, ętate, sensu, ex animi affectu, usu, exercitatione, cæli qualitatibus, tempore, regione, ex tempestatibus, ex humoribus, uictus ratione, uarijs casibus, accidentibus cæteris, deniq; notis facile comprehendi solet. Abdita tamen quædam sunt, quorũ causas a physicis nostris afferri nõ posse minus mirum est, cũq; uniuersales constare in multis. Cur bilioſi acrimoniam appetant, euidens ratio est: cur hic allij odorem, uel casei fugiat, difficulter percipit: cęcæ em̃ quorũdã proprietates sunt naturæ dũtaxat præcognitæ. Hac de causa inter exempla audiuimus quendã summo mane catharticũ prunæ uapore tepefactũ ægrotanti uni ex domesticis, non sine magno tædio, obtulisse: Nota historiam.

Galenus.

(nares eĩ uis medicamẽti acrius inuaserat)
unde stomacho nausea correpto, corporisq;
intus commotis humoribus septies aluus so
luta est: æger uero qui medicamentum hau
serat securus, ter ægre exoneratus est: alter
item febriculosus qui siliquæ ægyptiæ attra
mentum alias pati nõ poterat, expertus me
dicũ admonuit, nequid siliquæ succi sibi in
festi medicamento permisceret: medicus ue
ro rem periculosam oblitus, cathartic ũ dar
iussit, cui siliqua eadem admisceri solet: qua
assumpto, protinus sese siliqua misere neca
tum acclamauit, qua inter medicinas nulla
leuior, faciliorq; habetur. Eaq; uis ad post
ros quandoq; transit: unde in rebus surdis
quid magnete admirabilius, ut ad genera
lia protinus transeamus, qua ui ferrũ adtra
hit: qua potentia ceruinũ cornu nidore ser
pentes fugat. Torpedoq; frequẽti apud Gr
lenũ exemplo, qua ratione membra hom
nis afficit: etiam si hasta, uel tridente contu
gatur: nec modus exemplorum est. Abdit
enim hæc sunt, in arcanisq; naturę repositi
medicina tamen laxatiua humorem purga
qa similis, nõ qa talis: ut somniauit Mesue

Siliqua quã nostri casiam fistulam vocant.

Liber quartus de curis ægritudinũ principalium corporis humani D. Symphoriani Campegij Lotharingorũ Archiatri.

QVæ corpus uniuersum purgẽt atq; deijciãt, hactenus aliquatenus attigimus: oĩa eĩ describere fuerit infinitũ: nunc aũt q; cõsequẽs parq; uidet, ut iã nõnullas corpis humani ægritudines, ne omittamus: primũ namq; totũ corpus deijcere, & superfluis purgare, deinde loca cõuenit: nam ante uniuersi corporis purgationem, si locis adhibere remedia uolueris, magnis periculis languentẽ immiseris: maiorem siquidem materiæ summam ad loca debilia cõuulseris. Oculos purgantia, & lachryma ri prohibentia accommodantur, quęq; impetiginem a cilijs, & pruritus amoueãt, quę abstergãt, & purgẽt obtusam aciem, & suffusionem a principio amoueant, atq; non sinant lachrymari. Plane quæ abstergant, & purgent, sunt hæc omnia.

Oculis conferentia.

MYrobalanũ conditum mane comedere, Nux mirifica, quam muſcatam uocant, Semina rapę, & fenículi ſaccharo cooperta, cornu ceruorum combuſtorum, acori radicis ſuccus, centaurij minoris, chelidoniæ, uinum abſynthites potũ, & rutaceum. Cœna exigua capiti cõfert, & oculis: aſpectus rerum uiridium, præcipue ſmaragdi. Gariofili oculis ſunt amici, & aſparagi comeſti, ac betonica, & rapa, euphragia hærba crebro maſticata.

Lædentia oculos.

VEnus, crapula, uinũ dulce, muſtũ, uinum turbidũ, craſſum, cannabis, legumina oĩa, braſſica, raphanus, porrũ, allium, cæpe, & id generis reliqua, legere líteras minutas maxime poſt cíbum.

Aqua pro oculis æſtate.

ACcipe rutæ, feniculi, ſingulorum p.j. roſarũ. p.iij. incidantur omnia, & ſimul bene commiſceantur: & poſt tres dies diſtilletur aqua, uel cum ſolo uapore aquæ buliẽtis, uel in ſole, uel ad balneum Mariæ uocatum: ita ut intercipiente aquam uaſe pugillus earundem rerum ap-

ponaẽ: roſtrũq; ita cũ eo cõnectaẽ, ut uapores exire nõ poſſint. Ad capitis dolorẽ.

AD omnem capitis languorem cerui os exurendo, & diſſoluendo cũ roſaceo illinito locum, uel ocymũ diſſoluendo imponito, uel mentam cũ aceto diſſoluendo illinito bis in die, aut lapathum agreſte, & cicidas pariter diſſoluito, circum illinito tempora & frontem, & ſtatim mitigabis. Aliud ad omnẽ capitis dolorem. Stercus hirundinum anteq; in terrã cadat cũ luto ĩ nido cõperto aſpge aceto in uaſe ligneo, & illinito. Aliud. ſtercus caprę diſſoluito, illinito, & alligato: hoc facito mane, meridie, & medebere. Pro dentibus.

ACcipe ſandalorũ utriuſq;, margaritarum albarum, ſingulorum drachmam .j. maſthices, cinnamomi, ſingulorum ſcrup. ij. roſarum albarum cũ ſeminibus, ſingulorum drach. j. conterantur omnia mediocriter, & addito pauco melle roſaceo bene miſceantur: in hac miſtura ueſperi intincto digito dentes bene perfricẽtur: mane ablutio fiat cũ uino albo, ĩ quo radix iridis ſicca bulierit: dentifriciũ fiat ex li-

gno lentisci. Iuuantia dentes.

MEnta, origanum, lupini, saluia, le-
poris caput ustū, tamariscus, cor-
tex fraxini, radix berbenę mastica
ta, cimę rubi, uinū decoctiōis radicis penta
phylli, radix lapathi masticata, cornu cerui
ustū. Nocentia dentibus.

ACerba, dulcia, tenacia, dura, freq̄ns
uomitus, lac, pisces magni, uel pin-
gues, raphanꝰ, brassica, porrū, limo
nia, uehemēter calida, uel frigida, & maxīe,
si unū post alterū dētes attingat. Multa alia
addi possent, sed ut breuis fiā, ea relinquo.

Ne cadāt cōtinue Epileptici ex Archigene.

ACcipe eryngij montani nominati, cu-
ius folia angusta & minora, & flores
aurei coloris oculi faciem habētes: huius ra-
dicem incidito, & diligenter cribellato, ex
eo dato acetabulū ad dies q̄nq;, mellis īmit-
tēdo quantū satis sit, ut crassitudinē habeat.
idq; facito ad. cccl x. dies: nam ad annum ita
faciendo non sines morbum inuadere, in-
quit Aesculapius. Oxallida seu oxilapathū
præcipue uiride plurimū dato cotidie a pri-
ma luna ad. xxx. usq; dies: ipsa autem oxal-

lis hærba uiridis cum uino insaniētibus ex-
hibita eos in statum adducit suum naturalē.

Potus paralyticis cōueniēs ex Archigene.

ARchigenes ī epistola ad Marsum ait.
Est autem præstans remedium a me
magnopere approbatū ad paralysin. Acci-
pe castorei, rutæ agrestis, seminis pyretri,
radicis acori, singulorum unciam dimidiā,
piperis grana. x. hydromellis lib. j. horū fiat
decoctio ad uncias nouem: accipe in mane
uncias tres calide. Aluus primū subducatur
clysteribus: inde ex aloe, agarico, polipodio
fiat pharmacū purgatiuū: perūctiones sunt
potentissimæ calidæ ex rebus calidis & ari-
dis factæ: aluus sit perpetuo soluta.

Ad anginam seu synanchē ex Ar
chigene, & Antonio musa.

ARchigenes autem inquit, humanū
stercus sani hominis capito, & aresa
cito, & linteo ligato, & exurito, &
dissoluito cum mellicrato, datoq; ad potan
dum: hoc præsentaneum remedium est eis,
qui suffocātur. Antonius musa Cæsaris Au-
gusti medicus caninū stercus sumit, & are-
facit, & colat: & utitur in anginis illiniendo

De curis ægritudinum humani corporis

cum melle penitiſſima, ut deglutiat æger: hoc ualidius non putat eſſe remedium.

Ad turbantes per noctem tuſſes.

RAmulus mentę teratur, & immittatur acetum cochlearis quantitate: dato inde in cubili ſorbēdum: eſt autem facile concoquibile, & bonum ſtomacho, & craſſitudinem diſſ̄cit. Ad tuſſim uetuſtā. Accipe cumini, piperis, urticæ ſeminis, ſingulorum unciam: mellis diſpumati acetabulum facito, ſint leuigatiſſima: ſume inde, & fac buliant aliquantulū: inde repone, ac utitor, præbēdo cochleariū. Aliud præſtans. mellis unciæ. iiſ̄. butyri recentis unciæ duę cum dimidia, cumini diſſolutiſſimi drachmæ. iiſ̄. prius diſpumando mel, ei miſceto butyrum, & calefaciēdo inſperge cuminum: & aliquantulum dato lingendum paulatim ad cochlearium.

Potio ſanguinem eſ̄cientibus ꝓbata teſtimonio multo ex Andromacho.

CCipe libani, hoc eſt thuris albi, boliarmeni, ſingulorū drachmas. viiſ̄. croci drachmam. ſ. amili drachmā. ſ. cum dimidia, ſucci arnogloſſæ drachmā. ſ.

& ſcindēdo, & colando da cochlearium cū mellicrato. aliud Andromachi. Accipe coralli rubei drachmā. ſ. libani drachmas. iiſ̄. balauſtiarum drachmas. ꝟ. gummi dragaganti drachmas. iſ̄. ouorum duorum albumina: horum quartam partem dato cum cyatho uno aquæ arnogloſſæ.

Ad orthopnoicos aſchmaticos.

ACcipe armeniæ boli drachmam ſ. dato potandum cum uino dilutum. Aliud ex Aeſculapio. accipe ariſtolochiæ rotūdæ drachmā. ſ. & aqua potetur: item exigui centaurīſ̄ ſuccus cum aqua idem operatur. Medicamina uero his congruūt ſecantia non admodum calefacientia: nam craſſi & glutinoſi humores ex uehementi caliditate ſubtenaceſcunt, glutinoſi ſi fiunt, & difficulter conuellūtur: ob hoc ipſos maxime iuuat acetum ſcyllicū, & ipſa ſcylla toſta cum melle leuigata licta, & oxymel ex ea paratum.

Ad ſtomachi frigidi curam ex Alexandro.

ACcipe ſemīs iuniperi, piperis, ſingulorum unciā unam cum dimidia: zinzi-

beris drachmas.iiij. petroselini drachmã.j. mellis quãtum satis sit: utere, pro melle sacharum adieci. Aliud. accipe petroselini macedonici, si inueniri potest, aut loco illius feniculi, sem̃. cumini, singulorum uncias.ij. capiat ieiunus drachmas.ij. cum uino parum diluto.

Ad arquatos siue ictericos.

POtionandi sunt arquati apij, uel adianthi, uel lapathi, uel serpilli trita decoctione, aut absynthium potui ingere: prodest autem multum raphani succi cyathus cum uino albo potus, & succus cichorij cum uino: item uel rasura cornu cerui drach.j. cũ uino albo. Asclepiades aquam quoq; salsam, & quidẽ per biduum purgationis causa bibere cogebat, ijs quæ urinam mouent reiectis.

Ad colicam ex Alexandro.

CAprinũ hepar ure: dissolue, & da potandum cum uino, & proderit. potiones sint absynthium, & cuminum æquis partibus, uel castorei, & anisi, & piperis drachmam.j. cum oximelle.

Ad calculos tum renum, tum uesicæ purgantia quæ eos quoq; cõfringunt.

ACcipe rutæ agrestis, & maluę agrestis, & apij radices, coquito cum uino, humorem exprimito, aquamq; admisceto: datoq; cyathos.ij. omni mane: hæc sunt in renibus calculorũ signa, urina pauca, & arenosa editur: meatusq; urinæ obstruitur: materiata igitur causa ad calculos gignendos est crassus, ac terrestris humor. Effectrix uero flagrans renum calor, aut uesicæ: uerũ in renibus quæ calculos atterant, secentq;, utendum medicaminibus, ne tamẽ ad modum calefaciãt: sunt autẽ huiusmodi, asparagi radices, adianthũ, lauriq; radicis cortex, & altheæ semen: & ciceris nigri ius, & scyllitico acetũ, & saxiphrages, lauacrisq; iugibus utendũ, & post lauacrũ eorũ quę dicta sunt potẽt aliquid. Ad podagram.

ACcipe fabæ solidę, lupinorum, singulorũ uncias.iiij. tere simul, & misce adipis suillę lib. imponitoq; ad calidam frigidum, & ad frigidam calidum. ad idem ualet & farina lentiũ cum oleo rosaceo mista: item stercus ciconię cum adipe

porcino mixtum podagram curat. item raphaninum oleum cũ nitro & sale mixtũ, & inductũ curat. Item stercus quoq; pauonis in aceto acerrimo dilutum calefactũ podagræ impositũ sedare mirifice creditur. Cum senseris pedes a podagra inflammari, cape allium, contere, & illine ad diem, permitte ne soluas.

Ad dysenteriam.

A Latinis tormen appellatur dysenteria: quæ intestinorũ exhulceratio est quandoq; ex cessante tenasmone, uel uentris fractura quapiam quandoq; inde est morbi principium, ubi uaria sunt biliosa excrementa: dein iuxta proportionẽ cruenta, & postremo purulenta, cuiusmodi e morticinis effluere consueuerũt. Ad tormina ualet portulacæ succus, & est idoneus dysentericis potus: ipsaq; portulaca cocta mãsa: conuenit etiã arnoglossum, & altheæ radicis coctio, prius tñ clystere facto ex mellicrato: fluores etiam alui arefaciũt oua ex aceto tosta, & mansa: & canum ossa uorantiũ aridum stercus cum lacte caprę potum multum iuuat. Item clysteria ex succo arnoglossæ, plantaginis, & mellicrato facta ualent

plurimum.

M Ediocriter a principio & clemẽter agere discas: quartana febri ægrotantibus, ne medicamen proferas, desq; aliquod ualidum, neq; exinanias, nisi quid aliud uideas, nisi inq; sanguis redũdare uisus fuerit: tũ enim sanguinis detrahendi non magnus est modus: quod si tibi uenæ sectione fluẽs uideatur niger, & crassus, nolis diffidere quin detrahas, secanda uero uena est uel interior, uel media in cubiti inflexione sinistra, si sub splene fuerit affectus: uel in dextra, si iecur fuerit affectũ. Dioscorides autem inquit, subleuantur quartana febre afflictati, qui ante signa ipsius biberint hæc. accipe arnoglossi radices quatuor, aridæ solutæ in uino potentur. Item radicis rosmarini drachma detur potando in uino: & oleo perungito corpus uniuersum, extrema perũgito aduersum rigores, & operito, finitoq; quiescere: & rigor non accesserit. fe runt si quis a mẽto hirci pilos subtrahat, & eis languentem uinciat, miro modo curatũ iri. Aliud quo se usum ait Aetius ipsi? Asclepiadis somnum faciẽs. Accipe piperis lon-

De curis ægritudinũ humani corporis

gi, myrrhæ trogloditicæ, ſi inueniri poſſit,
ſucci papaueris, caſtorei, æque ex omnibus
compinge, & utitor, præbens obolum, uel
dimidium cum melle horis duabus ante ſi
gnificationem.

Ad peſtilentialem febrem cum bu
bone ex paulo Aegineta.

DAulus commendauit hanc unctio
nem contra peſtilentiæ carbuncu
los, quę eſt mirabilis effectus. Acci
pe olei uetuſtiſſimi lib. j. cũ dimidia, in phia
lam imponito in qua. xxx. ſcorpiones nou
horarum ſpacio otioſe lento igni deferue
fiant. Alij cacabum aquę plenum ad igneꝫ
componũt: in quo phialam antedictam im
ponunt, ut feruente aqua oleum pariter in
tus ebuliat: in qua demũ theriacæ optim
(ſi optima inueniri poteſt) ligulam addun
iterumq; faciunt deferuere: demũ eximun
ex eo inungi debent arteriarũ pulſus in ma
nibus, præcordia ipſa ad iuguli latus, & co
teræ partes quæ arterijs reſpondent, circaq;
denicq; apoſtemata poſt horas horas ſex in
rum ungi debẽt eædem corporis partes; ſ
ſtatim æger haud dubiæ conualeſcet. Ole

aliud mirandi effectus: in uaſe enim uitreo
ſambuci florum partes ſex imponunt, ebu
li partes. ij. hyperici partem unam, olei per
ueteris quantũ ſatis ſit: ut iuſta infuſione ſu
pernatet, obthurato deinde ore, æſtate uni
uerſa ſolibus cõtinuis perficitur: atq; ita in
ſolato, ubi opus eſt utuntur: carbũculos em
& inflammationes omnes ſine fine impetus
ter quaterue in die inungũt, alij totum cor
pus: unde uehemẽtis ſudoris profluuio uir
tus omnis elicitur.

Puluis præſeruans cor in peſte,
& dicitur cordialis.

ACcipe pulueris coralorum rubeo
rum, margaritarum ſplendidarum
ſupra porphirium pulueriſatarũ,
hyacinthorum electorum, ſingulorum dra
chmas. iij. ſmaragdi ſcrupulum. j. ſaphyri
drachmam. j. raſurę dentis elephãtis, ac cor
nu ceruí, ſingulorum drachmas. iij. ſe. aceto
ſæ drachmas. ij. foliorum auri. xij. numero,
moſchi grana. vj. ſacchari roſati tabulati un
ciam dimidiam; fiat puluis cordialis; & ſi
poteſt, adde ramenti unicornis drachmam
dimidiam.

Potio salutaris in peste sæpe experta, nec uana unq̃ inuenta.

ACcipe puluerisꝰ cordialis supradicti drachmas duas, ramenti cornu cerui drachmã.j. seminis sanctici (ita uulgus uocat) myrrhę, si iueniri possit: si uero non, loco illius aloes, singulorum sesquidrachmam, ex aceto q̃ acerrimo ad ignem protinus quum inguina tentantur, bibitur: in promptu enim esse debet remedium: sudore enim prorumpente undiq̃ uirus elicitur: atq̃ ita iuxta ignem calefactis linteolis membra fœdo sudore detergenda, mutandaq̃ sudariola sunt, donec sudoris grauedolentia inter fricationes subsistat: miro enim præsidio a pestilentia tentatos liberat: nemq̃ nemq̃ qui eam oportune potionẽ ieiunus biberit, ab hac uiolentia opprimi cõstat manifesto ac uulgato experimento.

De pudendagra, quam nostri Neapolitanũ morbũ, Itali uero Gallicũ uocãt.

Hoc in capite rñdet Dñs Symphorianꝰ Chãperius Leonardo Fuchsio, q

DArthenopeus morbus, siue pudendagra morbus est pudẽda primũ, deinde reliquũ corpus cũ pustulis, ac ingno plærunq̃ dolore occupans: est essi morbi genꝰ grauissimũ, quod totã faciẽ, oculis dũtaxat exceptis, occupat, & in colla, pectusq̃, ac manus fœdo vitis furiose descendit. Aliqui hunc morbũ miliũ vocãt, Alij lychenẽ, quidã im-

tagram: & nos dicimus inter epidimias, hoc est populatim vagãtes eũ de pumorbos debere connumerari: hic enim morbus diuina ira euenit. dẽdagra si Beatorũ vero patrũ, qui Deo inspirante locuti sunt, sententia est mul ne morbo tis de causis fieri, vt homines vitæ huius angustijs pressi multipliciꝰ gallico im ter flagellentur a Deo: inter quos multi corripiuntur à Deo, vt flagitio merito resitiosæ vitæ maculas pœnitentia deleant: peccatũ essi quod prudẽtia nõ præhẽdit, cauet, pœnitentia delet, quæ nos ad cæli portũ vehat. Sed q̃m quidã vsq̃adeo stulti sunt, vt neq̃ saluari curent, Deus optimus verberibus eorũ negligentiã increpat, somnolentiã discutit, & lethargiã, ignauiamq̃ studet bonus pastor flagris abigere. Hanc ob rẽ Deus in omni lege luxuriæ peccatũ punire uoluit. In lege naturę cũ homines de paternis solennitatibus ad mala progressi sunt, neq̃ legitimos honores vlterius præberent Deo, sed zelum quem prius habuerunt, p uirute, in duplã malicią postea per ea quæ gerebãt, monstrauerũt. Ob hoc itaq̃ contra se Deũ irritauerunt: nam multi Angeli Dei (vt Iosephus scribit) mulieribus coeuntes iniurios filios genuerunt, qui omne bonũ despicientes, propter confidentiam fortitudinis, similia his qui dicti sunt a Græcis gigantes, perpetrare traduntur: quapropter. Deus condemnauit non solũ illorũ malicią, sed omne genus humanum, Noe uero liberatus est solus. Item ꝓpter luxuriã Deus exasperatus est contra Sodomitas, & disposuit punire eorũ luxuriã, & ciuitatẽ eorũ subuertere, regionemq̃ cunctã simul exterminare: ita vt neq̃ plantatio, neq̃ fructus vltra ex ea consurgeret. In lege Moy filegitur de Balaam propheta, qui post benedictiones quibus benedixit filijs Israel, consilium dedit Balach qualiter seduceret populũ per mulieres Madianitas, quare magna vltio secuta est. In lege gentilium Semiramis quæ prius Babylonem condiderat, domuerat Indos, interijt ne tandem à filio, cui se dediderat vxorem ? Si luxuriæ labes in lege naturæ, & Moysi, ac Gentiliũ superstitiosa secta homines flagellati à Deo fuerint, quid dicendum de Christiana lege? In ea nanq̃ flagellantur à Deo Christiani, vt flagitiosæ vitæ maculas pœnitentia deleant. In lege igitur gratiæ tempore Caroli octaui Gallorum Regis Deus protectui nostro semper intentus, sicut aquila puocans pullos ad volandum, ita & Gallos, Italos, Germanos, Britãnos, Danos, Polonos, Pãnones, atq̃ Hispanos, ut altius proueheret, atq̃ traheret, & vt flagitiosæ vitæ maculas pœnitentia delerẽt, eos pudendagra excitauit, illorum luxuriam increpauit. Hanc ob rem populus Hebræus missus est in captiuitatem toties, toties incola fuit in terra aliena: In Ægypto sub Pharaonibus, In Babylonia sub Assyriorũ Regibus. Sic & Christiani tempore Caroli octaui Gallorũ regis tot incommodorũ malleis pudendagra, arthetica, scabie plusquam Iobea, aut ægyptia sunt adtriti, & pœnitentiq̃ scobina, ac lima expositi, vt sordere desinerent: est enim morbi genus grauissimum: similem, vel peiorem aliquando fuisse Iosephus scribit, ea scilicet tempestate qua Moses Pharaonem arguebat. Crudeliter namq̃ eorum corpo ra vulnerabantur interius corrupta. Ita passim Ægyptiorum multitatum.

Deus in omni lege punit flagitiosã libidinem.

Iosephus ca. v. antiq tatum li. j.

Idẽ in eo dẽ. c. xix.

Numeri xxv.

Iose. li. ij. c. x. antiq

Leonard? Fuchsius German?

tudo consumebatur. Hæc Iosephus. Hallucinantur inter Medicos re centiores non pauci morbum quem pudendagram vocant, esse ei quem Græci lichenem appellant. In quem errorem, citra veritatem tamen me lapsum aliquando Leonardus Fuchsius vir alioqui doctus adserit, cum semper tenuerim hunc morbum iram Dei esse: quemadmodum & plagæ Ægypti, & scabies Iob fuere, & non ví astrorũ, ut astrologi somniant, nec ex aeris intemperie: vt medici cõplures arbi trantur. Quare ea in re hallucinãtur qui lichenem appellant, vt Leo nicenus, & hi qui impetiginẽ esse dicunt, vt Leonardus ipse Fuchsius falso imaginatur, aut mentagram, vt plærique alij: & si aliquando serv pserim morbum Gallicum (si aliquando fuerit) quod non credimus, nec adseruimus, lichenem adpellari, nunc tamen credidi morbum Gallicum, siue pudendagram aliquando fuisse, sed nouum morbu & irã Dei esse, & antiquis ignotũ fuisse. Certissimũ est eos omnes populos qui superioribus sæculis huic vitio dediti fuerũt, aut non morbo occubuisse, aut malo aliquo lãguore turpiter tandẽ perijsse. De cura pudendagræ nihil nunc scribimus, nam de ea in nostro ad gregatore Lugdunensi admodum copiose scripsimus.

Fratris Ioannis Lagreni Franciscani Decastichon.

Plurima languentes, Medicich, & pharmacopolæ
Debebunt studijs Symphoriane tuis.
Omnes solicita lustrans indagine chartas,
Pessima ab vtilibus pharmaca quech moues.
Dum nimium tribuunt Arabum fallacibus ausis
Quos cupiunt medici sæpe iuuare, necant.
Quis tutum poterit sentire salubribus vnch
Iungere barbaricis lecta venena Iugis?
Mitior ast vobis nunc ars patet ecce medendi:
Grates authori soluite Champerio.

Τέλος.

Officina Apothecariorum, seu Sepla siariorum, Pharmacopolarum, ac iu niorum medicorum.

D. Symphoriani Cãpegij equitis au rati, Lotharingorum Archiatri officina, in qua quicquid in An tidotis Arabum, ac recentiorum medicorũ Mesuę, Alpha rabij, Rasis, Nicolai, Cophonis, Arnoldi erratum fue rit, in lucem propagatur. His accedunt nouitio rũ Antidota ab eo tam ad amussim emen data, vt dubium reliquerit, prestãtior ne Gallica sit Arabica officina.

Item Racematiões in Me suen, & Nico laum.

Item Antidotarius eiusdem Domini Symphoriani Campegij continẽs secreta sublimia, Pilulas, & experimẽta virorum illustriũ, & antiquorum philosophorum ad varios curandos morbos in tres libros seu etiam Tomos diuisus.

Disceptatio Epitomatica, qua docetur per quæ loca sanguis mitti debeat in viscerum inflammatiõibus, præsertim in pleuretide.

De vinis febricitantium Symphonia in libros tres eleganter distributa.

Simplicia ab Arabibus inuenta, Græcis incognita, a Latinis vero experta.

MANNA apud Græcos auctores non est medicina molliens ventrem, sed potius adstringens: & potest hæc manna nostra Brianſonis, Calabriæ, vel Syriæ ventrem soluens ad caput de melle apud Græcos auctores referri. ¶ Saccharum etiam apud Græcos speciem esse mellis tum a Dioscoride, tum etiam a Galeno ponitur, quod in India concrescit, & Arabia felici, inuenitur in calamis, simile secundum substantiam sali: sed in sequētibus amplius deducetur. ¶ De casia fistula pharmacopolas cōmonefacere oportet in libris Græcorū legi: sed non de illa qua vtimur, quæ vim habet aluum molliendi: atq; ideo a quibusdam recētioribus siliqua pharmacentica nominatur: sed de quadam specie casiæ ligneę, que fistula ab eisdem græcis nominatur. ¶ De sene dico auctores Græcos (de veteribus loquor) nullam facere specialē mētionem: vel quia non nouerint, vel forte in vsu medicinæ non probauerint, & si Arabes, et Latini maxime ad atrā bilē approbarunt. ¶ Verum Rhabarbarū, quo nunc passim officinę vtūtur, & quod Arabes describūt, & Latini approbant esse ab eo diuersum, quod antiqui depingūt, manifestum fit ex eius notis, quæ ab ijs quæ in eo offenduntur, quod ab antiquis describitur, sunt omnino diuersæ: nam Rheō antiquorū (teste Dioscoride libro. iij. cap. iij.) radix est nigra, maiori centaurio similis, minor tamen, & magis rubēs, sine odore, fungosa seu laxa, nec pōderosa. Nec dissentiūt Galenus, & Plinius de rhacoma, quæ affertur ex his quæ supra Pontum sunt regionibus, Costo nigro similis, minor, & paulo magis rufa, sine odore, calefaciēs gustu, & adstringēs. Ea vero quę iam in vsu est medicorū vehemētissimū odorē habet, nullam cum costo nigro similitudinem gerit: & præter id quod odorata est, leuis etiam non est: immo quanto grauior, tanto melior ab omnibus medicis putatur: antiqui enim sua ad ventris purgationem non vtebantur, sed ad plærosq; vsus alios adhibebant. ¶ Tamarindi syluestris palmæ fructū existimant a recētioribus, quos officinæ tamarindos modo nominant, & quidem a saporis acrimonia oxyphœnicas algentis naturæ, contra bilem flauam pollentis. Sunt qui folia ei salicis describāt similia. Non inuenio e veteribus Græcis qui de hoc genere quicquam prodiderit: pharmacopolæ autē nostri eos adulterant cum prunis acerbis, & hyemalibus, addentes cum eis acetum, & illos in massam comprimentes: & sic iuniores medici, & inexperti decipiuntur a Seplasiarijs, & pharmacopolis. Loco tamarindorū cōsulo accipere pruna hyemalia nō cum melle, sed saccharo albissimo, ac pauciſſimo condita ac seruata. ¶ Iuiubas Galenus secundo de alimētis capite de sericis, id est Zinzifis, siue iuiubis ingenue fatetur se non habere aliquid de ipsis testificari ad sanitatis conseruationem, aut ægritudinum curationem. Sunt enim (inquit) cibus mulierum, & puerorum effrenatorum, pauciq; alimenti, & indigestibiles. ¶ De Sebesten fit Eclegma, siue electuariū de sebesten tam famosa apud Arabes medicos medicina: de hac tamē apud iuniores medicos neq; Dioscorides, neq; Galenus quicquam commeminerūt. ¶ De Camphora tam famosa apud Arabes, ac iuniores medicos, ac pharmacopolas medicina neq; Dioscorides, neq; Galenus quicquam (quod legerim) commeminerunt: hæc autem qua vtimur, adulteratur. Forte autem hoc studium nostrum factum est scientiæ medicinæ vilitatem, si res illas, quas solent medici recentiores barbaris tantum nominibus enunciare, & non nisi a barbaris mendicare: sed (vt verbis Augustini vtar) si aliquid quod medicinæ christianæ congruat, dixerint Arabes ac Barbari, ab ipsis tanquā iniustis possessoribus accipiendum est.

¶ Medicinæ venenosæ, ac pernicioſæ ex Arabum secta in vsum christianorum olim habitæ.

NOstræ ætatis medici Mesuē, Arabesq; medicos imitātes summopere errāt, quid sit radix quā pro Turbith officinæ vendunt, ignorātes: tanta est medicorum nostrorum incuria, vt cum Turbith ægros ferme omnes maxime turbent. Aliud autem est Turbith a Serapione mauritano descriptum, aliud vero a Mesue petitum. Turbith apud Serapionem radix est odorifera, apud Mesuē vero de genere est lacteriorum, & lac habētium. Sed de Turbith postea dicetur. ¶ Napellum esse venenum pernicioſum Auicenna secundo canonis, Capi. Diij. destruens bibētem se scribit, ac mox oblitus eorum quæ scripsit, cap. eodem hūc potari suadet, dum inquit. Delet albaras linitum, & bibitum. Quid quæso absurdius aut dici, aut scribi potuisset? ¶ Lapsi sunt Auicēna, & Mesues, Serapio, Alpharabius, Razes, ac Arabes fere omnes, quod Merezeon, quæ Græcis Chamelea vocatur, inter lactariorum genera posuerunt: multaq; huic, que Chameleoni debentur, nominis vicinitate decepti, tribuerunt. Arbitror tamen (vt in sequentibus ostendemus) aberasse in Mezereon descriptione Arabes: commodū itaq; vt ad alia festinemus. ¶ Arabes fere oēs maxime Serapio, & Auicēna errant Lazuli & Armenum lapides eodem capite confundentes, Auicennam sub vno eodemq; capite Armenum lapidem cum Lazuli cōfundere, ex eiusdem verbis manifestum fit: is enim libro. ij. capi. lvij. manifestissime docet, ex capite illo Auicennæ clarum est, quod quæcunq; fere de lapide lazuli refert, eadem omnia a Græcis Armeno lapidi tribuit: in eundem vero errorem lapsus est Serapio: hic enim lapidem lazuli notificans, eiusdem potestates exponens, non alia refert, quàm quæ de lapide armeno Græci tradunt: hinc cum Arabes vnius uires & proprietates in altero notent, consequitur illis parum, aut omnino nihil esse fidendū: itaq; caueant posthac omnes vere ac

candide docti a lapidis lazuli vsu, quando is putrefaciēdi, ac exhulcerandi vim habeat, atq; hoc noīe merito inter venena cōnumerādus.

¶ Arabum comparatio ad Græcos.

VIdendū est namq; qui in medicina glorioſiores extiterunt. Apud Græcos pura omnia, erudita, ac cum ſummo delectu, iudicioq; deprompta, adeoq; nihil quod Ariſtarchi virgula dignum ſit, offendent: apud Arabes autem præter inconditam quandam, & ineptam dictionem, linguæq; balbutiē, nō modica ſunt, ſicut ex ijs noſtris caſtigationibus ac annotamentis conſtat', quæ multis obelis digna ſunt. Non eſt autem quod in vniuerſum damnandos atq; reijciendos Arabes, ac iuniores putem: quando & in ijs non pauca ſint, quæ probāda maxime cenſeā, vt ſunt rhabarbarum, eorumue ſaccharum, Manna, ſene, Caſia fiſtula: verum cum magno admodum in libris eorū legendis delectu opus ſit, eoſdem non niſi prius ex veteribus nacto iudicio, proponēdos duco: itaenim quid candidum, & quid atrum in his ſit, facile ſtudioſi deprehendent. ¶ Græci in medicinis antiquiores fuerūt tempore, Arabes autem poſteriores: Græci velut ſemina nobis tradiderunt: Arabes autem ſemia illa propagarūt, & illa excolēdo quādoq; maculis fœdauerūt. Greci medicinæ præcepta conſcripſerunt, Arabes minime: Græci elegantiores fuerunt, ac ſubtiliores. Arabes vero copioſiores quandoq; fuerunt, & plæraq; etiam digna memoratu ſuopte ingenio addiderunt, ſed multa ſua barbarie, ac propria malicia fœdarunt. Primordium enim omnis infidelitatis ac maliciæ ex Arabia eſt, necnon ſemper eadem terra peſtilens fuit humanis gentibus: ſic Mahumetes, ſic olim Cham, & eius progenies: hi malorum dæmonum cultū induxerunt: ille vero Dei mira virtute conſtitutū ſubſtulit. Ex Arabia originem duxerunt Auicenna omniū illorum nobiliſſimus, imo pius Auerrhous, Auēzoar, Algazel, vterq; haly, Alpharabius: fuerūt enim iſti mahometicæ ſectæ fautores, qui donis Dei gratuitis abutebatur. Quare præcipiebat Corinthijs apoſtolus, vt cauerent, ne per inanem philoſophiam ſeducerentur, ſecundum traditionem hominum, non ſecundum Chriſtum.

¶ Latinorum medicorum ad Arabes comparatio.

Cato cenſorinus.

LAtinorum ac Arabum geſta ſi quis cōferre voluerit, eos non ſolum in medicinis pares, ſed ſuperiorum temporum inueniet fuiſſe diſſimiles. ¶ Latini quāuis domi foriſq; magnos habuerint aduerſarios, eorum gloriæ æmulantes, arte tamen, & ingenio, ac conſilio res geſſere maximas. ¶ Cato maior (vt plutarchus ſcribit) Græcos omneis ita odio habuit, vt

Græcam doctrinam, & philoſophos, & medicos maledictis inſectaretur: & ne eorū opa filius vti cogeret, cōmētarios de medicīa reliqt. Quintilianus.

Cornelius celſus vir fuit in arte medica eloquētiſſimus, cui⁹ Fab. Quintilianus libro inſtitutionū decimo, capite primo meminit: vbi de his qui latine de philoſophia ſcripſerunt, agit. Scripſit (inquit) nō parū multa Cornelius celſus Sceptios ſecutus, non ſine cultu, ac nitore. Idē duodecimo capite vlti. de his qui plura ſciuerunt, ſcripſerūtq; loquens, Cornelius celſus non ſolum de his omnibus conſcripſit artibus, ſed amplius rei militaris, & ruſticæ etiam, & Medicinæ præcepta reliquit, dignus vel ipſo propoſito, vt eum ſciſſe omnia illa credamus. hactenus ille. ¶ Fuerunt & illuſtres medici Arabes nonnulli, vt Auicenna, & Auerrhous: verum Celſus, & Cato antiquiores tempore fuerunt. Cato & Celſus ſermonis elegantia, facundia omnibus Barbaris, Perſis, Arabibus, ac Pœnis anteeunt. ¶ Ex Arabibus neminem comperimus, qui pulchrioribus in græcos meritis Sereno Samoniaco ſit præferendus. ¶ Ex Pœnis, Perſis, ac Mauritanis neminem comperimus, qui pulchrioribus diſciplinis Plinio ſit æquiparandus. A Plinij enim tēpore cōplures lingua externa, ac Arabica ſcripſerunt, quo quidem barbarorum feritas Italiam, Galliam, ac Hiſpaniam inuaſit, & magis literarum decus, q̄ vrbium ornamenta ſuſtulit, ex qua nobili ſtudiorum ſtrage medicinę vilitas orta eſt, inconſtantiſſimaq; omnium artium facta. Delere enim aliorum inſtituta vnicuiq; fas erat, atq; aliquid ex media (vt aiunt) barbarie rapere, gloriæ erat. Defierunt paulo ante & bellorum ruinis apud Græcos ac Latinos medici, quorum iniuria in externarum gentium laudes ceſſit: hinc Auicennæ, Auerrhois, Raſis, Algazelis, Alpharabij, Serapionis, aliorumq; barbarorum volumina in tanta rerum inopia recepta ſunt: hinc attonitæ quorundam perſuaſiones præcioſa externa, & aliena duntaxat æſtimantium: quę item in Latinum male vertendo recentiores, Romanam atq; Græcam dignitatem relinquentes, confuſis rerum nominibus ad ineptias redegere: vti fuerunt Girardus Cremonenſis, Petrus aponenſis, Conſtātinus monachus, Arnaldus a villanoua, alijq; multi ex eadem farina ſcriptores barbari.

¶ Latinorum ad Græcos comparatio.

POſt Cadmum qui literas apud Græcos primus inuenit, ſeptem ſapientes Græciæ famigerati extitere, quibus nomen iſtud dedit ſuperior ætas (vt Auſonij Galli verbis vtar) nec ſecuta ſuſtulit: quorum nomina ſunt hæc, Solon Atticus, Chilon Lacedæmoni⁹, Cleobolus lindius, Thales mileſius, Bias prieneus, Pittacus mitileneus, Periāder Corinthius. Poſt illos vero claruere Hippocrates cous, Plato Athenienſis, Ariſtoteles Stagirites, & Galenus Pergamenus. hi non parum multa ſapienter & ſalubriter præcepere, publicæ mortalium vtilitati proſpicientes; ex quorum thæſauris medi-

einam hanc hippocraticam promemus: insequi tamen videntur nationes sua vitia: vnde apud Cæsarem sugillat Tullius dicens. Aut leuium Græcorũ, aut immaniũ Barbarorum. Et pro Flacco, Ingenita (inquit) leuitas, & erudita vanitas. Latinos vero elatos, & Romanos grauis dixit antiquitas. Omnes vero qui crasse loquuntur Barbari dici a Græcis affirmantur: quales sunt nationes omnes præter Græcos & Latinos. Apostolus Paulus in epistolis omnes inter se Barbaros esse dicit, qui se inuicem non intelligunt. Et Cæsar omnes Barbaros esse voluit, qui Latine loqui nescirent, præter Græcos, & Gallos, quibus Romani honorem detulerũt. Claruit apud Græcos in arte medica Hippocrates Cous: Claruit & apud Romanos Antonius musa Augusti archiatrus. Claruit apud Asiaticos Galenus pergamen⁹. Claruit & apud Romanos Cato maior. Floruit & apud Atticos Paulus Ægineta, ac Alexãder aphrodiseus. Floruerũt & apud Latinos Cornelius celsus, ac Serenus samoniacus. Claruit & apud Græcos Dioscorides vir militaris. Claruit & apud Latinos Plinius eques auratus, ac militaris disciplinę insignis. Non tamen omniũ ęque nationũ corpora sunt ad sapientiæ, ac intelligentiæ perceptionẽ idonea: vnde Athenienses ingeniosiores, Thebani robustiores habiti sunt, ⁊ videlicet illi in puriore, isti in crassiore aere versarent. Vnde Germani fortes, Itali graues, Hispani iactabundi, Galli in armis feroces, Latini sapientes, Itali graues, Ligures vani, Cretenses mẽdaces, Aphri fidefragi. His de causis Parisienses ingeniosiores, Allobroges robustiores inter Gallos habiti sunt.

¶ Medicorum Græcorum principes.

Apollo, Æsculapius, Podalirius, Machaon, Centhaurus, Hippocrates cous, Galenus, Paulus ægineta, vterq; Alexander, Dioscorides.

¶ Latinorum medicorum principes, ac primarij.

Cato censorinus, Antonius musa Cæsaris archiatrus, Cornelius celsus, Plinius, Serenus samoniacus, Scribonius.

Arabum, Pœnorum, Israelitarum medici primarij.

Avicenna, Auerrhous, Auenzoar, Razes, Asaharauius, Serapio, Mesues, Isaac Israelita, vterq; haly, Rabi Moyses.

¶ Medici Sophistæ Itali præcipui.

Iacobus a Forliuio, vgo a Senis, Sermoneta, vterq; de garbo, Iacobus ab hercule, Thadæus a Florentia, Guillelmus a montagnana, a Gradi.

¶ Galli medici neoterici, ac Sophistæ.

Ioannes a sancto amando, Iacobus a partibus, Girardus a gordonio, Girardus a solo, Iohannes a tornamira.

¶ Galli medici Atticissantes, ac Latini neoterici.

Avsonius burdegalensis, Copus Basiliensis, Ruellius, Iacobus Siluius, Martinus achaquia, Dionysius Corron.

¶ Itali medici Atticissantes, ac Latini nouitij.

Alexander benedictus nostri amãtissimus, Nicola⁹ leonicenus, Ioannes manardus, Laurentian⁹, Antonius beniuenius.

¶ Neoterici medici, Latini Atticissantes Germani.

Philippus vlstadius noricus, Leonardus Fuchsius, Ioannes Guynterius, Humbertus barlandus, Otho brunelsius, Ianus Cornarius, Hermãnus Campensis.

¶ Ad Lectorem admonitio Campegiana.

Hæc Emo existimet lector amantissime, me hanc officinam sumpsisse aũo vel calũniandi, vel venãdæ gloriæ studio: verum solius veritatis amore, mortalitatisq; tãtum iuuandæ causa: quãdo ætati nostræ circa vera remedia caliganti, & futuræ posteritati non parum conducere arbitratus sum, si medicæ artis studiosi hoc pacto in melliorem viam reducerentur. Minime igitur factum, vt viris, quantum illa ferebat ætas, doctis, multaq; lectiois detraherem: sed ne in omnibus simpliciores nominis authoritate decepti eorundem subscriberent sententiæ: cum nullius nomini quantum veritati sit deferendũ: proinde & si antea per Hermolaũ barbarum, Leonicenum, Marcellũ florentinum, Ruellium gallum, Copum basiliensem gallum, Ioãnem manardum ferrariensem, Leonardum Fuchsium germanum viros in omni disciplinarum genere doctissimos, exactissimosq; homines, ac per alios quosdam magni nominis viros, non pauci pharmacopolarum, ac iuniorum, & barbarorum medicorum errores libris editis proditi sint: attamen eosdem non omnes qui hic habẽtur circa Mesuæ, Nicolai, ac Cophonis antidota explicantur: nec ordine aliquo, sed vt passim sese obtulerunt, attigisse certum est. Insuper omnia hic (vt aiunt) rudius ac planius, ⁊ apud illos docentur. Quare vt omnes ordine quodam, & vno velut fasce concinnatos haberent veritatis studiosi, hoc quicquid est laboris subire volui. Morosos vero veteris insciticæ propugnatores, barbariemq; ac Mahometicæ sectæ sordibus cõtaminatos medicos cum vniuerso sodalitio horum cœtu nihil moror: quando omni penitus eruditione atq; iudicio careant: nec quicquam

quod ipsi non didicerunt, pensi habeant: quibus certe multo iustius asini auriculas Dij dederint, quam Midæ: repertis enim frugib⁹ gl dem defendunt: nec cum grillo in hominem redire volunt, vt qui bus in sterquilinio suum more versari perpetuo placet. At faxint d peri, vt aliquando Catonis Censorini exemplo passim hoc medico rum circunforaneorum, ac mahumetēsium genus vrbibus profer batur. Studium autem meum, ac animi mei beneuolētiam erga me dicæ artis amatores declarare volui: quam Iesus Christus Optimus maximus mihi diu seruet incolumem. Valete in Christo omnes, & Campegium amate.

¶ Habes candidissime lector in hoc indice non omnia qua in hac officina continentur, sed quædam magis selecta simp plicia: tu eo candore legas, quo ego ipse collegi, & valet nosq; symphoniace ama.

ANthos quid sit, in aceto reperitur rosato & anthosato.
Absynthium in syrupo de absynthio declaratur.
Ambra quid sit, in dyambra reperitur.
Acetositas citri quid sit, in syrupo de acetositate citri.
Arthemisia vnde dicta est, in syrupo de arthemisia.
Alkekengi virtus, in trociscis alkekengi.
Amomum quid sit, in aurea alexandrina.
Agalathon quid, in aurea alexandrina.

B

BRassica siue caulis quid sit, in looth de caulibus.
Balsamus an reperiatur, & Carpobalsamus, in theriaca.

C

CArpobalsamus an reperiatur, in aurea alexandrina.
Cerusa quid sit, in collyrio albo.
Citrea mala, in syrupo de acetositate citri.
Casia lignea an reperiatur, in aurea alexandrina.
Cucumeris syluestris proprietas, racemationum. ij.
Camphoræ proprietas, eodem.
Cataputia racemationum. ij.
Calamus aromaticus, in eadem aurea.
Caulium natura in looth de caulibus.
Cimini virtus, in Diacimino.
Cicutæ vires, racemationum. ij.
Colocynthæ sine coloquintidæ vires racemationum. ij.

D

DRagagantum quid sit, in dragaganto.
Diagredium verēdum tāquam venenum, parte. ij. racemationis capite primo.

E

ESulæ proprietas, racemationum. ij.
Euphorbium quid sit, in aurea alexandrina.

Epithimus quid sit, in syrupo de Epithimo.
Eupatorium an sit agrimonia, in syrupo de eupatorio
Ellebori virtus, racemationum. ij.
Euphorbij vires, eodem.

F

FVmus terræ, siue fumaria hærba in syrupo fumiterræ.
Filonium maius, & zachariæ confectiones mortiferæ.

G

GAriophilorum virtus, in gariophilato.
Galangę virtus, in diagalanga.

H

Hyssopi virtus & proprietas in syrupo de hyssopo.

I

IVsquiami malicia in aurea alexā drina, & primo racemationum.
Iris quid sit, in Diairis Solomonis.
Iuniperi virtus, in trociscis de Iunipero, vel myrrha.

L

LAureola quid sit, racemationum parte. ij.
Lignum aloes an reperiatur in aurea alexandrina.
Liquiritiæ virtus & proprietas in syrupo de liquiritia.

M

MAlabatrum siue folium quid sit, in aurea alexandrina.
Margaritæ vbi nascantur, in diamargariton.
Mandragoræ vires, racemationum. ij.
Mora celsi & rubi, in diamoron.
Mentæ virtus, & proprietas, in syrupo de menta.
Moschus quid sit, in dyamusco.
Myrrha an reperiatur bona, in aurea Alexandrina.
Mellis natura, in oximelle diuretico.

O

OPij malicia, in aurea alexandrina, & racemationum primo.
Oleum balsami, in eadem.
Olei proprietas, capite de oleo.

P

PIperis virtus & natura, in Diatritonpipereon.
Papaueris complexio, in Diapapauere.
Pini arboris proprietas, in Looth de pino.
Pinaster arbor, eodem.
Prassij virtus, in syrupo de prassio.
Papaueris atri natura, in syrupo de papauere.

R

ROsarum proprietas, & virtus, in aromatico rosato.
Rosarum de damasco virtus, eodem.
Rheuponticum quid sit, in aurea alexandrina.
Ribes proprietas, & si inueniatur, in rob de ribes.
Rheubarbarum quid sit, in aurea alexandrina.

S

SCillæ seu squillæ proprietas, in aceto squillitico.
Sambuci natura, in aceto rosato & sambucino.
Squillarum species duæ, in Looth de squilla.
Sticados quid sit, in syrupo de sticados.
Scammonij vires, parte prima racemationum cap. j.
Solani siue solatri vires, racemationum primo.

T

TVrbith vires & proprietas, parte secunda racemationum.
Thitimalium species, parte prima racemationum.

V

VEratri siue ellebori vires, parte secunda racemationum.
Vulpis natura, & cautela, in looth de pulmone vulpis.

¶ In laudem D. Symphoriani Champerij Iodoci Badij Tetrastichon.

Hoc speculo cernens diuini sensa Platonis
In naturali protenus historia:
Ne congesta librum bona tot mireris in vnum:
Omnia Champerij ferre Minerua potest.

Ad nobilissimum, ingenuum, eloquentissimũ, eruditissimumq; Iuris pontificij doctorẽ D. Carolum A stagno Lugdunẽsis ecclesiæ Camerariũ D. Symphoriani Campegij Lotharingorum archiatri Epistola, cui Officinã hanc Pharmacopolarum perpetuo dicat.

EX infinito hoc, ac uario studiorũ genere, in quibus præclarissima nostræ tempestatis ingenia uir nobilissime, & eruditissime desudarunt, nullũ aut multiplici eruditione utilius, aut maxima uoluptate iucundius hoc uno (quod uolumen hoc nunc continet) crediderim: hoc idem rursum tantum laboris, tantumq; difficultatis autoribus suis adferre expertus adseruerim, ut satis nescias, plusne utilitatis, uoluptatisq; legentes capiant, an laboris, difficultatisq; autores, dũmodo id bene præstent, adeant: atq; utilitas quidẽ inde perq; facile probetur præcipua, quod non unius tantum auctoris, sed multorũ deprauatissimos hi restituunt locos, non uulgatissima quæq;, sed eruditissima eruũt: nõ

grãmaticæ,aut logicæ,aut philosophiæ cla
rissima sensa,sed medicorũ Arabũ, & Pœ
norũ familias omneis.Explicatur nunc Ara
bum medicorum obscurior sensus. Emẽda
tur præter multorum sententias inueterata
Arabum,& Pœnorum barbarorum lectio.
Declaratur obscurior sæpe Arabum error:
nec his cõtenti transeunt ad nouicios medi
cos ,a nouicijs deinde ad Seplasiarios, &
pharmacopolas : rursus a pharmacopolis
Empericorũ chirurgorũ scholas excutiũ.
Seplasiariorũ officinas pãdit liber iste,ut nõ
alium iustius Protheum, q̃ hũc dicas librũ.
Tibi uero, nobilissime, ac literatissime uir
nominatim hanc dico,nuncupoq; pharma
copolarum officinam. Tu uale Patrone iu
cundissime:&(quod facis)perge fauere do
ctis: perge literas excitare:perge a situ rece
pere rẽ Latinã,ac bonas arteis, quo tui me
moria nominis ab iniuria prorsus obliuio
nis asseratur, & nos(ut soles)symphoniace
ama.

Officinæ Cãpegianicæ Seplasiarijs, Pharmacopolis,ac Medicis utilissimæ principium.

¶ Aromaticum rosatum.

Accipe Rosarum rubearũ drachmas.xv. liquiriciæ rasæ drach.vij. ligni aloes [si inueniri possit] vel loco eius sandalorum singulorũ drach.iij. Cinnamomi electi drach.v. macis, Gariofilorũ,singulorũ drach.ij.ß. Gũmi arabici,dragagãti,singulorũ drach.ij. & scrupulos.ij.Nucis muscatæ,Cardamomi maioris,galangæ,singulorũ drach.j. spicænardi, Ambræ,singulorũ scrupulos.ij. Moschi scrupulum .j . Syrupi rosati quantum sufficit.

¶ Rosarum plura sunt genera:odoratius est quod in spinetis per aruas nascitur:vtuntur illo ad vnguenta,& olea, & medicamina pigmẽtarij:validiora etenim habentur omnia siluestria:q̃[vt inquiũt]his terra perinde ac mater est, cæteris nouerca. Ego vero primam odoris laudem potius dederim rosis, quas nunc passim Damascenas dici mus,non solum biferas , sed toto fere anno florescentes. Rosis confita loca rosaria,& roseta,vt liliata vocitamus. Græci rosam Rhodon appellant;inde Cynorhodos,& rhododaphne deducta,& rhodinum oleum,quod rosaceum nostri nuncupant. ¶ Rosa frigida est, & aridа exacerbante & amara qualitate constans:iuuat autem calida capita olfactu,offendit humida,& distillationes citat;sumpta iuuat febricitantes ex flaua bili;confirmat stomachum & iecur;sua quadam vi testiculos offendit,acres exhalationes cohibet,ne in caput ascendant.

De specie bus Rosæ

Rosæ Damascenę.

Rosæ virtus.

¶ De aurea alexandrina.

Inter reliquas errorum causas,qui proximis sæculis in medicina acciderunt,hanc fuisse non minimã puto, quod medici nihil de simplicibus medicamentis cognoscentes, Seplasiariorum arbitrio compositiones medicaminum permiserũt; inde factum est [vt reliqua nunc taceam]quod Nicolaus ob simplicium pharmacorum ignorantiam suo in antidoto, quod auream alexandrinam a quodam Mahometista alexãdrino potius medico , quam a Macedone illo monarcha Græco eius sibi nomen vsurpare cupiente, vt credere visus est Nicolaus,nominarit.Ego tamen,nimis forte in hac, sicut in omni re medica timidus,& curiosus,non vereri non possum,quin aliqua Nicolaus ignorauerit simplicia,aut illorum vires non cognouerit , vel viciata in antidoto a phar-

Error iuniorũ medicorum.

Medicinæ a nostris incognitę

macopolis appoſita ſint. Ea enim ſimplicia ſunt, Carpobalſamum, hyoſcyamus, Myrrha, opium, balſamum, folium, Caſia lignea, Euphorbium, lignum aloes, Rheuponticum, xilobalſamum, Amomum, petroſelinum, Calamus aromaticus &c. Iſta enim vel omnibus vel certe pluribus ptãtibus carere inuenta ſunt, quas Nicolaus ſuo antidoto aſſcripſit. ¶ Verum enim opobalſamũ vel ad nos non affertur: vel ſi affertur, tanti precij exiſtit, vt totius antidoti precium præuertat: ſi autem opobalſamo caremus, & carpobalſamo, & xilobalſamo carebimus: vix tamen crediderim ſyncærum, vel recens Carpobalſamum afferri: vt in caſtigationibus noſtris iam probatum eſt.

Amomũ. ¶ Verum etiam amomum id eſt botruoſum, vt veluti vua, neſcio Europa hoc ſæculo vidit.

Iuſquiamus. ¶ Iuſquianus frigidus eſt in tertio ordine, aridus vero in ſecundo: niger mortalis, & venenoſus: rubeus & albus non ſine periculo dantur, virtutem habet mortiferam & ſomniferam. Et [vt Razes ſcribit] oẽs eius ſpecies inebriant, & ſtuporem inducunt. ¶ Euphorbium tenuium partium potentiæ eſt, vehemẽter calidum: potum hoc [vt inquit Dioſcorides] feruore ſuo integrã diem vrit: eamq; ob cauſam melli in vſu miſcetur: excoriat oſſa in die vulnera & ſeparat ab eis fragmenta eorum. ¶ Carere nos vera myrrha quis dubitet? quis enim Myrrham a bdellio diſcernat, neſcio. Sed & Galenus varijs adulterari id modis queritur, inueniriq; in optima myrrha opobalſamum, quod intra corpus aſſumptum mortiferũ eſſe. ¶ Opium gũmi eſt papaueris nigri, & facit ſubeth, & poſt occidit. Menſidẽnus [vt refert Serapio] dixit q; iuuamentum opij ſolum in odore, faciens dormire. In alijs [inquit] modis vſus eius eſt malus & periculoſus valde: eſt enim frigidum in quarto ordine, aridum in primo. ¶ Malabatrum ſiue folium quis noſtro ſæculo cognoſcet? ego toto vitæ meæ tempore vix vnicum videre folium potui. De libro primo caſtigationum dictum eſt. ¶ Carere nos etiam Caſia lignea quis dubitet? Caſiam cũ dico, aromaticam intelligo, quæ officinę ligneã vocãt: aliã em̃ cui? nũc cõis eſt ad aluũ leniendã vſus. ſcio antiquis peni? incognitã. De caſia aromatica libro primo caſtigationum amplam fecimus mentionem. ¶ Lignum aloes, ſine agallochon ex India, & Arabia affertur: vix tamen crediderim ſyncærum & recens afferri: de illo ſcripſimus libro primo caſtigationum noſtrorum. ¶ Rheuponticum idem cum rheubarbaro eſt: in aurea tamen alexandrina ponitur & rheubarbarum, & rheuponticum, cum tamen idem ſunt: quod enim vulgus medicorum & officinæ omnes rheubarbarum vocant, & Pœni rauedſeni, hoc Celſus radicem: ticam, Dioſcorides Rha, & iuxta quoſdam Rheon, ſecundum Rhian, Plinius Rheoma, Galenus quemadmodum Dioſcorides terdum Rheon, interdum Rhiam, aliquando Rheon ponticum pellat. Eo antiqui ad ventris purgationem non vtebantur, ſed antidotis miſcebant, & ad plærosq; vſus alios adhibebant: quos operæ cium non eſt hoc loco referre. ¶ At quis non miretur ſimul, & ferat petroſelinum nos deſyderare? quod enim vulgo petroſelinum

Euphorbium.

Myrrha.

Opium.

Malabatrum.

Caſia lignea.

Lignũ aloes.

Rheupõticum.

Nomina Rheubarbari.

vocamus, vel apium eſt, ab antiquis dictum hortulanũ, vel quicquid tandẽ ſit, conſtat eius ſemen nõ id eſſe quod theriacæ, vel in aurea alexandrina miſcendum iuſſerunt antiqui: præfertur enim reliquis, Galeno teſte, Macedonicũ, & maeedonicis Extreaticum, in hoc alia excellens, quod amariſſimum & acerrimum exiſtit. ¶ Calamum aromaticum puto hoc tempore penitus ignotum: quod enim vulgus eo nomine vocat, radix eſt, non calamus: nec [vt arbitror] calami illius radix: ſed, vt Manardus ſcribit, vel acorus eſt: vt etiã ſuſpicari Hermolaus Barbarus quodam loco viſus eſt: vel alia quædam res nobis incognita. Manardus quoties Acoro ſibi opus erat, non vulgari illa radice, & iniucundi odoris, ſed vocato aromatico, calamo vti conſueuit. Aurea igitur Alexandrina non vtaris, ſed Alexandro inuentori ſuo, ac mahumetenſibus, & Arabibus, ac Pœnis relinque.

Calamus aromaticꝰ

¶ Acetum ſquillíticum, ſine Scillaticum.

Squilla.

Accipe laminas ſquillæ, infunde in aceto a principio veris vſq; ad finem æſtatis in vaſe vitreato bene clauſo, & radijs ſolaribus exponatur, & vſui reſeruetur: ex eo ſit cum melle oximel ſquillíticũ in forma ſyrupi valẽs ad plurimas ægritudines. ¶ Scillan romani pariter Scilam dicunt: aceri feruidoq; tẽperamento Scilla eſt. Torretur [inquit Dioſcorides] hæc ipſa etiam in operculato fictili in furnum coniecta. Sumitur ex ea abiectis extimis cũctis partibus, quod maxime intimum eſt. Coquitur eadem conciſa etiam effuſa priore aqua: nouaq; ſuperinfuſa vſq; dum neq; amaritudo, neq; acrimonia in aqua ſentiatur: ſiccatur in vmbra etiam in rotulas ſecta ſcilla tum funiculo traiecta ſit: ne taleolæ inuicem ſe tangãt, per interualla ſuſpenditur, vtimurq; ſic ſecta & ſeruata ſcilla ad oleum, vinum, acetũq; quæ a ſcilla ſcillitiqua nominãtur. Cõtra rimas pedum crudæ ſcillæ intimæ ptes oleo inferuefactæ, aut cũ reſina ſubactæ iponũtur: illinũtur viperarũ morſus decocta in aceto ſcilla, daturq; his quibus vrinã ciere voluerim?: facit ad cutẽ ſubeũtes aquas, ciborũ ĩ ſtomacho incõctiam, & ſtomacho inhatantes cibos: prodeſt ſuffuſis felle, tormínibus, diutinis tuſſibus, ſuſpirioſis, ægre reijcientibus triũ obolorũ pondere cũ melle. Glutinoſa p aluũ ducit: elixa itidẽ pariter ſumpta prodeſt: cauenda tamen, nec danda his quibus exulceratum interaneum aliquod erit: inungũtur cremata vtiliter, permões, & verrucæ.

Scillæ vꝰtus.

¶ Acetum roſatum, anthoſatum, ſambucinum, & paſſularum.

Fiunt iſta per infuſionem roſarum, florum anthos, & ſambuci in aceto acuto dimittendo in ſole diebus. xl. vel æſtate tota: nec debent roſæ eſſe maturæ, aut completæ: debetq; extremitas alba remoueri: poteſt & paſſularum acetum fieri infundendo paſſulas in aceto:

vt quantitas passularum aceto cooperiatur, & postea buliat duabus ebulitiõibus: & postea coletur, & acetũ exprimatur. Rosa esse debet rubea valde, non pallida, nec violacea, vt sunt Gallorum nunc rosæ, & maxime Parisiensium: quæ frigida sit, & arida, & amara qualitate. ¶ Anthos flos est Rosmarini, qui calidus est in secundo ordine, & aridus in primo: excessus tamen eius ab auctoribus in gradibus non determinatur. Rosmarinum quandam habet acerbescendi qualitatẽ: ventrem cohibet, & arefacit, aduersum tusses, & distillationes iuuat: mẽstrua agit tam potum q̃ suppositum. Succus quandam habet proprietatem, vt suffitu auertat pestem: & ob hoc pestilenti tempore cogit domos frequenter Rosmarino suffire, q̃ aeris qualitatem mutat. Sãbucus & ebulus. virtutis, & habent virtutem dificcatiuam: virtus ebuli est arida, & laxat humiditates aquosas: conferunt ambo morsibus venenosorũ animalium, & dissoluunt sanguinem: & conferunt tussi antiquæ, & coarctationi anhelitus: & conferunt catarrho descendenti ad fauces, & squinantiæ, & augmento vuulæ: & confert lapidi renum decoctio illorum, & duricieí splenis: & habet virtutem deficatiuam, & Passularũ ꝓprietas. conglutinatiuam, & resolutiuam temperate. ¶ Passula amica est stomacho, & renibus, & vesicæ, & pectori & pulmoni: prodest, nutrit plurimum, prodest cinori, & stomacho, & intestinorum doloribus, & renibus, & vesicæ, & pectori & pulmoni: igitur passulis secure vti poterimus, dum ieiumamus.

Benedicta.

Ad flauã bilẽ valet. ACcipe agarici albi & leuis, sacchari albi, singulorũ drachmas. xx. rheubarbari electi vnciã .j. puueris foliorum sene drachmas. ij. rosarum, gariofilorum, spicænardi, zinziberis, croci, saxifragiæ, macropiperis, Cardamomi, Salisgẽmæ, Galangæ, Macis, Caruí, seminis culi, seminis asparagi, bruscí, granorum solis, singulorũ drachmã. j. mellis quod sufficit: hæc confectio euacuat flauã bilem, & pituitam: in ea possent poni drachmæ. v. hermodactylorum: sed timendum est ne Ephemeron, aut colchicon venenosum propter similitudinem loco hermodactylorum accipiantur.

Blanca.

Blanca albos humores purgat. ACcipe terebentinæ, vel loco illius gummí laricis, pollipodij quercini, squinãti, peoniæ, betonicæ, cinnamomí, gariofilorum, macis, singulorum drach. j. ℈. Amibræ grana. v. rheubarbari vnciam ℈. agarici albi, & leuis drach. vj. mellis quod sufficit: & fiat cõfectio. In hac Nicolai ponuntur Elleborus, Euphorbium, Colocinthis, Antimonium, sulphur, caro leonis, & alia plurima mõstruosa, & naturæ inimica: quare ab illa non blancha, sed potius atra tanquã a leone ruente fugiendum est. Nostra autem choleram cum pituita purgat, ac educit per secessum.

¶ De litera C.

Confectio de moscho dulcis.

ACcipe croci, doronici Romani, zedoarij, ligni aloes, vel loco eí⁹ sandalorum rubeorum, macis, singulorũ drachmas. ij. margaritarum electarum, setæ cultello incisæ, carabe, coralli albi & rubei, ocymi, singulorum drachmas. ij. ℈. beẽ albi & rubei, Spicæ nardi, gariofilorũ, singulorum drach. j. zinziberis, cubebæ, piperis longi, singulorum drachmã. j. ℈. moschi scrupulum. j. cum dimidia parte scrupuli: confice cum melle crudo ad quadruplum ponderis omnium. In confectione de musco Mesuæ ponitur folium, siue malabatrum nostris incognitum. Moschus a Græcis dictus est, qui nostra ætate inter prectosissima odoramenta, nec mediocris in medicina virtutis: videntur odoramenti id genus veteres Græci omnes ignorasse. Græci autem muscum qui in arboribus cedro, populo alba, & quercu colligunt: laudaturq; maxime in vtroq; qui odoratior & candidior est, damnatur contra nigrescens. Moschꝰ & muscus differunt: moschus in folliculis animalium quorundam clauditur; muscus vero in arboribus cedro, et populo. Moschus quid sit.

¶ Confectio hamech noua, et emendata.

ACcipe myrobalanorum citrinorum vncias. iiij. ℔ebulorũ indorum, rheubarbari, singulorum vncias. ij. ℈. Agarici vnciam. j. polipodij quercini ℥unciam. j. ℈. absynthij, sene, singulorum vnciam. j. violarum vnciam. j. ℈. Epithimi vnciam. j. anisi, rosarum, singulorum drachmas. vj. succi fumiterræ libram. j. prunorum numero. lx. passularum mundatarum a granis vncias. vj. infunde omnia in aqua casei; et ponantur in vase vitreo stricti orificij clauso, et ibi dimittantur per quinq; dies, deinde bulliant vnica bullitione: et colentur, & in ea dissolue Casie fistulæ mundæ vncias. vj. Thamarindorũ vncias. v. Mannæ brianſonis vncias. iiij. fricentur manibus, & colentur, & proijce desuper sacchari lib. j. ℈. Coque vsq; dum mellis habeat spissitudinem: deinde pulueriſa iterũ myrabobalanorum citrinorum, ℔ebulorum indorum, sene, singulorum vnciam ℈. bellerico rum, emblicorum, rheubarbari, singulorum drachmas. iiij. se. anisi, spicæ nardi, singulorum drachmas. ij. & fiat confectio: in illa Mesuæ ponitur scamonię vncia. j. ℈. quare fugienda est, stomacho & ventriculo est maxime nociua. Cõfert ægritudini bꝰ de atra bili, et humori aduſto, ſicut manię, vertigini, oblitioi, morphææ, lepræ, cãcro & ſimilibꝰ

Loco thamarindorum ponãtur pruna hyemalia

¶ Cerotum sandalinum.

ACcipe rosarum rubearum vnciam.j.ß. Sandalorum rubeorum drachmas.x.sandali albi,& citrini, singulorum vncias vj.boli armenici drach.vij. spodij ex dēte elephantis drach. iiij.Camphoræ drachmas.ij.Ceræ albæ vncias.v. olei rosati librā.j. laua oleum & cęram,& lento igne dissolue,& commisce.

Sādali frigidi.

¶ Sandali frigidi sunt in tertio ordine,aridi in secundo: & rubeus frigidior est albo & citrino:omnes conferunt cardiacæ passioni quæ cum febre est.

¶ Collyrium album.

Ceruſa, Ceruſę nocumenta.

ACcipe ceruſæ lotæ drachmas.x.amidi drachmas.iiij. gummi arabici,dragaganti,singulorum drachmas.ij.Camphoræ drachmam dimidiam: pulueriſentur quæ sunt pulueriſanda,& dissoluantur gummi in aqua rosata, & fermentur trociſci,& dum volueris vti,dissolue in aqua rosarum. ¶ Ceruſa maxime probatur,præcipue quę Rhodi,Corinthiue,aut Lacedęmone cōfecta fuerit. Et [vt scribit Dioscorides] lætalis ceruſa est, & veneni maleficium habet. Dant gētibus ceruſam plumbariæ officinę,confidi vires leniter,præterea excrescentia reprimit: & ad cicatricē perducit ceratis,emplaſtriſq; quas liparas, id est leues dicunt, & paſtillis miſta.

¶ De litera D.
Diagalange.

ACcipe galangæ,ligni aloes,vel loco eius [ſi nō inueniatur] sandalorum rubeorum,singulorum drachmas.vj.gariofilorum,macis,singulorum drachmas.ij. zinziberis, macropiperis,cinnamomi,piperis longi,singulorum drachmas.j.ß. calamenti ficci,mentæ ſiccæ,singulorum drachmam.j. spicæ nardi, ſemis apij,feniculi,aniſi.carui,singulorum drachmam.j. calami aromatici,vel [ſi mauis] acori aromatici drachmam vnam cum dimidia ſacchari albi vncias decem,mellis diſpumati quod ſufficit: valet cōtra morbos craſſarum ventoſitatum,& acetoſam vētoſitatem, & malitiam digeſtionis,& ventriculi operationes fortificat: & iocinoris frigidi vitia emendat. Galanga calida & arida in tertio ordine,con-

Galangæ natura,

fert pituitoſis,& humiditati ventriculi: & facit concoctionem illius: & confert colicę,& odoris bonitatem facit;calefacit renes, ac ſperma augmentat,ventoſitates diſſoluit.

¶ Diaciminum.

ACcipe cimini in aceto per diē infusi,& exſiccati drachmas.viij. cinnamomi electi,gariofilorū,singulorū drachmas.ij.cum dimidia,melanopiperis, zinziberis albi,singulorū drachmas.ij.

cum ſcrupulo vno,galangæ,calamenti,singulorum drach.j. cū ſcrupulo vno, ameos,leuiſtici,singulorū drach.j.cum ſcrupulo vno,macropiperis drachmam.j.ſpicę nardi,cardamomi,nucis muſcatę singulorum drachmam.j.confice cum melle quantum ſatis est: valet ad pectoris,& ventriculi frigiditatem,& caluarię,& alui vētoſitates: quartanis febribus confert,concoctionem procurat, valet tuſſientibus ex cauſa frigida. Ciminum calidum est & aridum in tertio ordine: sunt qui in ſecundo dicant: vrinam citat,ſtatus diſtrahit præſertim ſtomachi,potum pallorem adducit: ideo Perſius,pallētis grana cumini: & Horatius. biberent exangue cuminum,inquit,cum vino potum aduerſum venena remedium est,aduerſumq; virulentos morſus.

Cumini propriętas. Perſius. Horatius.

¶ Diambra.

ACcipe cinnamomi electi,doronici,gariofilorū,macis, nucis muſcatæ,galangę, singulorum drachmas.iij. Spicæ nardi, cardamomi maioris & minoris, singulorum drachmā.j.zinziberis albi drachmam vnā cū dimidia, ſandali citrini,ligni aloes, vel loco eius ſandali rubei, piperis longi,singulorum drachmas.ij. Ambræ drachmam vnam cum dimidia,moſchi drachmam dimidiam: confice cum ſyrupo roſato,& aqua roſarum: valet diambra ad cerebri confortationem,confortat cordis vires,& ſtomachum, ac omnia mēbra aīalia,& ſpūalia,& vtentem eo lętificat,mēbra nutritiua calefacit: ſenibus & debilibus conuenit: & frigidis natura mulieribꝰ,ac matricū ægritudinibus. Ambra quid ſit a noſtris Pharmacopolis ac medicis omnibus ignoratur: constat tamen non esse venenum, siue ſit ſperma ceti, ſiue fungus marinꝰ,aut ſpuma maris: nō enim est exitialis permutatio: confortat enim ſpiritus vitales, ac animales ſua aromaticitate.

Quid ambra.

¶ Diamargariton calidum.

ACcipe cinnamomi electi,gariofilorum,ſpicæ nardi galāgæ ligni aloes,vel loco eius ſandali rubei, liquiriciæ, trociſcorum diarodon,trociſcorum diaui, ſingulorum drachmā.j. cum dimidia nucis muſcatæ,macis, aliptæ muſcatæ,zedoariæ,rheubarbari,ſtoracis calamitæ,ſingulorum drachmam.j.margaritarum ſplendidarum,zinziberis,oſſis,ſiue cartilaginis de corde cerui,raſuræ eboris,ſingulorū drachmam.j.moſchi,ambræ, cardamomi,leuiſtici,ſeminis baſiliconis,ſingulorum ſcrupulum.j.mellis rosati quod ſufficit. In hoc electuario prætermiſi camphorā,quia periculoſa, & blatam byzantiā propter eius incertitudinē: omnia enim in medicinis certa esse debent. Nobilitas enim ſubiecti [inquit Cous Hippocrates] facit nos in expimentis esse timidos. ¶ In mari indico potiſſimum naſcitur genus Concharum [vt ſcribunt Solinus, & Amianus] quod margaritas, vnioneſq; concipit pro qualitate roris,

quem sitientes certo anni tempore hiatu quodam hauriunt: si purus influxit, candicant: si turbidus, subnigricant, aut pallescunt: hoc deniq; creditur, matutini aeris semine clariores, vespertini obscuriores vberiore haustu fieri maiores. Si tonuerit, comprimuntur conchę, vitiaq; contrahentes abortiua faciunt: quæ paruula, aut inania physemata dixere: producuntur & margaritæ facie vna rotundæ, altera planæ, ob id tympania a tympani forma nuncupatæ: & proceriores quas fastigiata longitudine Elenchos vocitant, alabastrorum figura in pleniorem orbem desinentes: hos digitis suspendere [inquit Plinius] & binos ternosq; auribus fœminarū gloria est. Nascuntur margaritæ & in Taprobane insula, in persico sinu maris rubri circa Arabiam: in littore etiam Britannico, veluti Iulius Cæsar ex inscriptione testatus est subdita Thoraci, quem ex britānicis margaritis Veneri genitrici dicatum in templo eius posuit. Sunt & in Lotharingia [vt ego vidi] fontes in valle Vosaga inter res memorabiles non omittē di, gemmarum & margaritarum adeo feraces, vt fere maior Germaniæ pars solis his margaritis vtatur: quæ a quibusuis vel exteris artis lapidariæ peritis non solum comprobantur, verum & Arabicis & Britannicis margaritis [nec perperam] præferuntur. Sunt margaritæ frigidæ & aridæ ordine secundo: conferunt obscuritati visus, & albedini oculi: retinent menses, absterguntdentes, deficcant humiditates, conferunt cardiacæ, & tremori cordis: clarificant sanguinem cordis: & [vt scribit Isaac] temperatæ sunt in caliditate, frigiditate, siccitate, & humiditate. Razes tamen illas frigidas & aridas in secundo [vt diximus] ordine ponit cum subtilitate pauca.

Margaritæ lotharingia nascuntur.

¶ Diamargariton frigidum.

ACcipe seminum frigidorum maiorum, omnium mundatorū, seminis portulacæ, seminis papaueris albi, sandali albi, ligni aloes, vel loco eius sandali rubei, zinziberis, rosarum rubearum, florum boraginis, myrtilorum, singulorū drachmā. j. corali albi, & rubei singulorū drachmā dimidiā, margaritarum electarum drach. iij. misce simul: valet cardiacis, tristibus, & ad omnem cordis debilitatem, & stomachi fastidium: calidū vero valet asthmaticis, dispnoicis opitulat, & phthisicos, ac qui exlōga ægritudine sunt extenuati, reficit.

¶ Diarodon abbatis.

MCcipe sandali albi & rubei, singulorum drachmas. ij. cū dimidia, dragaganti, gummi arabici, Spodij ex dente elephantis, singulorū scrupulos. ij. masthicis, spicæ nardi, cardamomi, succi liquiritię, croci, gariofilorum, gallię muscatæ, anisi, maratri, cinnamomi, rheubarbari electi, seminis basiliconis, berberis, seminis scariolę, seminis portulacæ, seminis papaueris albi, quatuor seminum frigidorum maiorum, mūdatorum, singulorum scrupulum. j. margaritarum, ossis de corde cerui, singulorum scrupulum dimidium, sacchari candi, rosarum rubearum, singulorum vnciam. j. cum dimidia, moschi grana. iij. & confice cum iulep rosato, quantū satis est. Dicitur a rosis dyarodō quę ibi intrāt. Rosa frigida & arida, confirmat stomachum, & iecur: & confert apostematibus sanguineis in eorum principio: succ⁹ eius [vt vult Razes] laxat plurimum: sicca autem non est laxatiua, sed arida magis. Diarodon valet ictericis, epaticis, phthisicis, hecticis, cardiacis, & conualescentibus ex chronicis, ac etiam acutis ægritudinibus. In hac enim confectione remotum est asarum: est enim [vt scribit Dioscorides] ex rebus facientibus vomitum, & educentibus per ventrem, calidum & aridum in tertio ordine: remouetur & camphora, quæ frigida & arida est in tertio ordine: faciens vigilias, quæ sępius adulteratur, & raro inuenitur naturalis, & vera.

Dioscorides de asaro & camphora.

¶ Diacalamentum.

ACcipe calamenti, pulegij, hyssopi, melanopiperis, sizeleos, petroselini, singulorum drachmas. iij. cum dimidia, leuistici drachmam. j. cum dimidia, apij scrupulum. j. ameos, thimi, anesi, anisi, cinnamomi, zinziberis, singulorum drachmam dimidiā, mellis quod sufficit. Diacalamētum valet ad omne vitium pectoris ex frigida causa, & præcipue qui in senili sunt ætate: valet & tussientibus ex frigida causa, & quartanarijs, si vtātur post cibum. ¶ Calamentū siue calamiuthem Romani nepetam dicunt, vt scribit Dioscorides, in hoc plantæ genere montana quædam est: habetq; ocymi folia, colore subalbido, maiores minoresq; ramulos angulosos, & purpureum florem, quædam pulegio similis, maior tantum: vnde & agreste pulegium aliqui eam dixerunt, propterea q⁹ odore illi similis est: hanc romani nepetam dicūt. Est postremo & quædam agresti mentę similis, oblōgioribus tamen folijs, caulibus, ramulisq; antedictis omnibus maior, sed minus efficax, & ignauior, omnium folia feruido sapore, acri gustu sunt, habentq; inutilem radicem. nascitur. Nepeta cā pestrib⁹, asperis, & aquosis locis: succurrit pota aut ēplastri modo impositā serpentum morsibus, vrinam pellit potum eius decoctum. Opitulatur ruptis, conuulsis, in spiritus difficultate non nisi recta cerui ce spirantibus, torminibus, bilis profluuio, quam choleram dicunt: & in febrium accessione cum tremore algoribus contra lætalia venena præpota cum vino vtilis est: restituit suffusos felle, ventris lūbricos, & ascarides cū sale & melle pota necat: necat itidē elixa crudaq; trita, prodest in cibo elephantijs, lactis suppositio sero: fœtus in vtero necat. Auicenna calamentum cum origano confundit.

Calamentum. Dioscorides.

Nepeta quid sit.

¶ Diatriton pipereon emendatum.

Piper.

ACcipe trium piperum singulorũ drachmas.vj.zinziberis, anisi, singulorum drach.iij. Spicę, ameos, cinnamomi, singulorum drachmam.j. cum dimidia, seminis apij, sizeleos, enulæ siccæ, singulorum drachmam.j. confice cum melle dispumato. Diatritõ piper eon calefacit stomachum, & eius dolorem remouet ex humidita te pituitosa cruda, valet contra acidos ructus, & digestionem procurat. ¶ Piper arbusculæ producunt iuniperis nostris similes, quarum siliquæ in quib⁹ grana sunt, priusquã dehiscant decerptę, tostęq; soli bus faciunt piper quod vocatur longum; dehiscentes autem per maturitatem ostendunt candidum piper, quod deinde sole torrefactum colore, rugisq; mutatur: de his Galenus, Paulus, & Dioscorides meminerũt: frequens nascitur in India: & cum calidissimum sit, in cibis magis hyeme, q̃ æstate probatur. Sed hoc mirum quod legimus: piper & sinapi integra si deuores, ventrem non excalefacere: si trita, excalefacere. Est piper calidum & aridũ in tertio ordine: siccat crassos & glutinosos humores, distrahitq; flatus, offendit renes: nonnulli ipsum in quarto ordine ponunt calefacientium, & arefacientium.

¶ Diairis simplex.

ACcipe iris florentinę vnciam.j. sacchari candi pulueris ati, Diagragãti frigidi absq; camphora, singulorũ drachmas.ij. misce: fiat pulvis: & cum melle fiat electuarium, si vis.

¶ Diairis Salomonis.

Irin.

Dioscorides.

ACcipe iris florentinę vnciam.j. pulegij, hyssopi, liquiriciæ, singulorum drachmas.vj. Dragaganti, Amigdalarum dulcium, pinearum recẽtium, Cinnamomi, zinziberis, piperis, singulorum drachmas.iij. caricarum, carnium dactylorum, vuarum passarum enucleatarum, singulorũ drachmas.iij. cum dimidia, storacis rubeæ, drachmas.ij. cum dimidia, mellis quantum sit satis, fumatur ro cum vino calido. Diairis prodest dispnoicis, tussientibus vocẽ perditam restaurat, si fuerit ex frigiditate. Irin sunt qui lilyrida, qui vraniam appellent, Ægyptij Nar, romani radicem maricam, gladiolum & confecraticem dicunt, a cælestis arcus similitudine, qui Iris a Græcis dicitur: planta hęc etiam Iris dicta est: probatissima iris illirica, & macedonica est: Latini nostri florentinam laudant, cum careant illirica & macedonica: natura visq; omnibus[vt Dioscorides scribit Jest calefacere, extenuareq;, tussi vtiles sunt: humores nõ facile excreabiles extenuant: purgant crassa, & biliosa pondere drachmarum septẽ cum mulsa aqua potæ, somnũ conciliant, lachrymas cient, & toranibus medentur: cum aceto eadẽ cõtra venenatorũ morsus vtiliter bibuntur: prosunt lienosis: prosunt connulsis, & in accessionibus febrium, perfrictionibus, & cum tremore algoribus: vtiles & contra seminis incontinentiam. Ducunt menses cum vino potæ: foueũtur fœ-

minæ calido iridũ decocto vtiliter muliebres locos molliente, & aperiente. Clyster e idem cõtra coxendicis dolorem infunditur: fistulas & sinus carne Irides explẽt, quinetiam collyrij modo ex melle appositæ fœtus ex vtero conuellunt, strumas, veteresq; duricies molliũt elixæ & illitæ: in farinam tusæ, vlcera explent: & cum melle purgãt, carnibus nuda ossa operiunt: contra dolores capitis ex aceto & rosa ceo inũguntur, lentigines & asperam discoloremq; seu a sole cutẽ emendant cum veratro albo: duplocq; melle illitæ: miscentur prẽter hæc pessulis, malagmatis, & acopis, habentq; in vniuersum multiplices vsus.

¶ Diagragantum frigidum.

ACcipe dragagãti albi vncias.ij. gũmi arabici vnciã.j. & drach.ij. amidi vnciam dimidiam, liquiriciæ drachmas.ij. penidiarum vncias.iij. quatuor seminum frigidorum maiorum mundatorum singulorum drachmas.ij. Syrupi violati, aut Iulep violati quod sufficit. Remota est Cãphora, quia naturę inimica, & adulterata omnis. ¶ Dragagãtum omne vitiũ pectoris, & pulmonis quod ex caliditate fit, & siccitate & maxime phthisicis, hecticis, pleuretieis, peripneumonicis: valet & ad omnem tussim quæ ex caliditate & siccitate fit, & ad linguæ & gutturis asperitatem. Est frigidum dragagantum: & in eo est humiditas: & confert tussi, & vlceribus oculi, reprimens acuitatem aliarum medicinarum; valet asperitatibus linguæ & gutturis, laxat ventrem.

Dragaganti proprietas.

¶ Diamoron.

ACcipe succi mororum Celsi libram dimidiam, succi mororũ bassi lib.vnam, mellis librã dimidiam, sapæ vncias.iij. confice succum cum melle & sapa in vase æneo, vel stannato ad prunas leues ad perfectam decoctionem bullire facias: cola & reserua in vase stãnato: valet ad omnem palatię gritudinem, & gutturis cadentem vuam subleuat, & humorosam deiccat. ¶ Mora in arborib⁹ & in rubis nascũtur, post prandium sumpta per æstatem sanitati cõferre existimauit Cæsar Horatius in sermonib⁹, dum inquit, Ille salubres æstates peragat, qui nigris prandia moris finiet, ante grauem quę legerit arbore solẽ. Moro succus in carne vinosus, trini colores, candidus, mox rubeus, maturo niger, in nouissimis floret: inter prima matuescit, & transuolat. In caliditate sunt mora temperata: eorum virtus mollit ventrem: citissime in ventriculo corrumpuntur, præcipue quicquid dicat Horatius, si post alios cibos assumantur: nascuntur & in rubis multum differẽte callo, quæ moratha nominantur ab Hippocrate. Græci morũ insitum castaneæ, phago, piris siluestribus, vimo, populo quæ sit alba: vnde candida nascuntur mora.

¶ Diapapauer.

Prodest diapapauer hecthicis, & consumptisniũ vigilantibus.

ACcipe papaueris albi drachmas.xxv.amigdalarũ dulciũ excõticatarum,granorum pini,gummi arabici,dragaganti,succi liquiriciæ,singulorũ drachmas.x.amidi drachmas. iiij. seminis portulacæ,lactucæ,seminis citoniorum,singulorum drachmas.iiij. cũ diamidia,croci drachmam.j.penidiarum albarum vncias.iiij.syrupi de papauere quod sufficit.Et sit syrupus ex capitibus papaueris,& semine lactucæ.Papauer frigidũ est & aridum: melius atro albũ est,somnũ citat,difficile concoctu,exigui nutrimẽti, cum melle sumptum bilẽ auget,thoraca iuuat,asperamq; arteriam,tusses & ventrem sistit:nam vt quidã citat,caput offendit,& saturatim sumptũ capitis molestiã gignit.Atrũ papauer frigus, magisq; somnũ allicit:vt siquis vsus nimius fuerit,profundissimo somno sepelietur Tradũt non ignobiles medici cum lacte mulierbi & croco impactũ podagricos leuare. Eius succus letalis est:atrinaq; papaueris succus est,qui opium nominatur.

Papaueris atri virtus ac violentia.

Quidopiũ

Diaprunum,Diasenicon, Diachartamũ, Diamargaritũ frigidum. Diacasiam fistulam libro secũdo castigationum ample declaramus: quare lectorem monemus, vt librum illum perlegat, si per ocium licet.

E

¶ Electuarium resumptiuum, siue ad restaurandam humiditatem.

ACcipe rosarum, liquiriciq;, zuccarq;, singulorũ drachmas.vj.gummi arabici,dragagãti,singulorum drachmas.ij.cum dimidia, santali albi & rubei singulorum drachmam.j. cum dimidia, papaueris albi,succi liquiritiæ,amidi,seminis portulacæ,seminis lactucæ,seminis scariolæ,singulorum drachmas.iij. Gariofilorum, Spodij ex dente elephantis,singulorum drachmã.j. cinnamomi drachmam.j.cum dimidia,zinziberis, storacis, calamitæ,singulorũ drachmas.ij. Croci grana.v. penidiarum vnciam dimidiam, seminis citruli, melonũ, Cucumeris,Cucurbitæ,singulorum drachmas.iij. seminis citoniorũ drachmam.j.amigdalarum, pinearum,berberis,singulorum drachm. ij.seminis maluæ, seminis coti,violarum,sebesten, nenufaris,singulorum drachmas.ij.confice cum syrupo violato.

Electuarium de succo rosarum posuimus libro.ij. castigationum nostrarum absq; diagredio,& tu lege.

¶ Electuarium confortatiuum stomachi.

ACcipe granorum myrti tritorum drachmas.xij.rosarum,spodij ex dente elephantis,sumach, trium piperum, Sandali citrini, balaustiæ,gummi assi,singulorum drachmam. j.cum dimidia,granorum granatorum assatorum drachmas. vij. coriandri infusi in aceto & assati vnciam dimidiam, seminis acetosæ, seminis plantagi-

his,seminis rosarum,singulorum drachmas.ij. fiat omnium trituratio,& fricentur cum succo agrestæ, vel myrti,& aceto, & siccentur. Deinde inuolue in aqua acetosa: hoc electuarium cõfortat stomachũ & viscera,& abscindit fluxum ventris:& confert illi cuius venter solutur superflue ab operatione pharmaci.

¶ Emplastra.

DE Emplastris nihil dicemus:hęc enim morteni non portendũt: nam si emplastra plurimum in medicinæ vsu prosint, & aliquãdo permutẽtur a iunioribus medicis & pharmacopolis,non tamen est hæc permutatio exitialis.

F

FIlonium maiꝰ Nicolai,& filonium persicum,& philoãtropos: & filonium Mesuæ,& filij zachariæ tanquã filios dæmonum aut laruarum, vel Faunorum relinquimus. In philoantropos ingrediũtur Azarum vomitiuũ,Euphorbium adustiuum, Casia sialignea nobis incognita, Carpobalsamum Gallis & Italis incognitum.In filonio maiori ingrediuntur Iusquiamus venenosus ac stupefactiuus,inducens somnum perpetuum,Opium in quo numerantur a Nicandro in eius potu prę1er perfrictiões a Dioscoride scriptas soporem,languorẽ, & pruriginem,& in toto corpore opij odorem: notæ aliæ plures,pallida facies,labrorum igneus color,exigua & frigida respiratio:liuescentes vngues,distortæ nares, & concaui oculi: addidit illud etiam odorem quem Dioscorides ait toto corpore redi vna cũ sudore veluti ex labore euaporari. In filonio filij zacharię etiam ingrediuntur opium, euphorbium,& iusquiamus .In filonio alio etiam opium,euphorbiũ,& iusquiamũ intrant. In filonio persico pari ordine ingrediũtur illa somnifera,narcotica,naturam corrũpentia. Potum enim papaueris liquorẽ qui opium est cũ perfrictiõe, pruriginęq; adeo valida sopor sequitur, vt sæpenumero inualescente veneno tanta fiat prurigo,vt qui id hauserit, vt Dioscorides inquit, ea vexatione excitetur,redditurq; [vt dictum est] prætetea toto corpore opij odor.

Azarum. Casia. Carpobalsamum. Iusquiamus. Opij hocumenta ex nicãdro & dioscoride. Dioscorides.

G

¶ Gariofilatum.

ACcipe gariofilorũ,cinnamomi, zinziberis, liquiritiæ,rosarũ, singulorũ drachmas.ij cum dimidia,ligni aloes, vel loco eius santali rubei,galangę, candi,nardi,zedoariæ,violarum,singulorum drachmam.j.& scrupulũ.j.rheubarbari,macis, croci,aliptæ, piperi,cardamomi, basilicõnis, leuisticj, eboris,singulorũ drachmã dimidiam,mellis rosati quantum sat est, valet proprie acide eructatibus, digestionem procurat,pororum obstructionem,& spiritualiũ meatuũ aperit. Est in India piperis grani simile, quod vocatur Gariofilon,grandius faciliusq;.Tradunt in luco indico id gigni,adhebatur odoris gratia,nunc ubi,vt piper, Septentriõis maxime populis. Paulus Æginęta Caryophilon nõ gariophilon vocãdum existi-

Gariofilũ

mauit, quasi nucifoliũ: etiam si hanc [inquit] nõ habet naturam: quę nomine prætenditur: sed flores arboris cuiusdam indicæ festucacei sunt, & nigri, longitudine pollicari, acres, odorati, subamari: lignum eius xylocariophilon appellant ab eius odore: violarum genus alterũ caryophilon vulgo dicit, vbiq; modo nascens. Conferunt Caryophili stomacho & iecori: confortant cor, stringunt ventrem, digerũt cibum, calidi sunt & aridi, stomachum quoq; atq; cor robusta faciũt.

¶ Gallia muscata quæ intrat in medicinis regum precioſissimis.

ACcipe masthicis vncias. ij. gummi vnciam. j. hæ autem bene terantur subtilissime: & trocisci inde fiant cum aqua rosarum, & siccentur ad vmbram: & post eorum deſiccationem subtilissime terãtur, & misceãtur cum vncijs. iiij. olei sambucini bulliti & colati ad medietatem: deinde misce cum speciebus istis tritis. Accipe cinnamomi, garyophilorũ, nucis muscatę, singulorum vnciam dimidiam: ex omnibus istis commixtis fiant trocisci in medio concaui, & cum sigillo sigillati ad pondus drachmę cum dimidia: & postea inungantur cum aqua rosarum cum moscho. In hac confectione remota est camphora, vt adultera, & naturę inimica, ac solis alchimistis cognita.

I

IGia Græca Nicolai non est in vsu: in ea ingrediũtur hyosciamus somnifer, Opium narcoticum, ac pernicioſum, costum' incognitum, Myrrha nostris ignota, & cum bdellio confusa, opobalsamum raro inuentum, Therebentina apud Gallos raro reperta, Mandragora soporosa, somnifera. Nihil [vt inquit Dioscorides] a morbo qui lethargus dicitur, differẽs: ponitur & euphorbiũ adustiuum. ¶ In Iustino ingrediuntur malabatrũ nunquam Gallis cognitum, Casia lignea nostris incognita. ¶ In idrocopio ponuntur Myrrha adulterata, Opium narcoticum, ac somnifera rum, Mandragora soporosa, lethargica, hyosciamus pariter soporosus ac somnifer.

¶ Iulep rosatum.

ACcipe aquæ infusiõis rosarum libras. v. sacchari lib. iiij. coque cum facilitate, vel sic. Accipe aquæ rosarum libras. iij. sacchari libras. ij. fiat vt supra.

¶ Iulep de succo rosarum.

Violarum virtꝰ. ACcipe succi violarum libras. iij. sacchari libras. ij. fiat vt supra: Violarum folia aquosam, & subfrigidam obtinẽt potestatem: & virtus earum prima infrigidat parum: & secunda lenificat, & tertia quæ sedat apostemata calida, quando ponuntur sola, aut cum

farina ordei, & conferunt inflammationi quæ fit in ore ventriculi, & in oculis: sunt enim frigidæ violæ, ac somniferæ, quæ capitis dolorẽ a calore factum sedant, vt Razes scribit.

L

¶ Looth de pino.

ACcipe granorum pini drachmas. xxx. amigdalarũ dulcium, auellanarum assatarum, dragaganti, gummi arabici, liquiriciæ, & succi eius, amidi, capilli veneris, radicis lilij cælestis, singulorum vnciam dimidiam, carnium dactylorum drachmas. xxxv. amigdalarum amararum drachmas. iij. Mellis passulati, sacchari, butyri recentis, singulorum vnciam dimidiam, mellis electi quãtum sat est. Looth de pino confert ad tussim antiquam, & ad Asthma, & sputi viscositatem, & constrictionẽ anheliti. ¶ Differt a pinu picea, cp pinguior ac tenuior folio est, quodq; minus alta, minusq; recta quã pinus assurgit. Pinus vtis radicibus non repullulat, picea repullulat: pinaster nihil aliud est, quã pinus syluestris, mira altitudine & a medio ramosa, sicut pinus in vertice, copiosiorem dat hæc resinam. Ex Græcis auctoribus constat in Europa sex haberi genera cognatarum arborum, quæ resinam ferant, pinum, pinastrum, piceam, abietem, laricem, tedam: addi potest & septimum piceaster in Hispania. Nucleus pini habet quid amaritudinis, & acredinis: & propter ea quidem empicis, & alijs quicunq; indigent eo quæ secundum pulmonem ex thorace faciliter extussire, & expurgare idoneus est: esibilis vero fructus eius, difficilis est concoctionis, ad leniendum asperitates tamen idoneus, maxime si in aqua prius fuerit infusus.

Picea a pinu differt.

¶ Looth de squilla.

ACcipe succi squillę, mellis dispumati, singulorum cõueniẽtes partes: coquevsquequo in formã looth redeat. Scilla siue [vt Varro appellat] squilla, Hippocrates vero scella radix sit bulbus, an cyma, siue fructꝰ, a Theophrasto dubitat: quoniam sunt qui radicem in ea geminam demonstrent, vt cunq; tenera vsu est non omnis, sed eius quæ ab vsu epimenidia scilla dicitur, ampliore folio ac leuiore, quã reliqua eius genera: quibus omnino lata ea sunt. ¶ Scillarũ in medicina species duæ, alba, quæ masculus, nigra, quę fœmina. Est & pãcration quã & Scillam pusillam vocamus foliis lilij albi crassioribus aspicitur. De scilla in aceto squilitico amplius dictum a nobis est. Looth de squilla medicamen est magni iuramenti eis quibus materia grossa, & viscosa, & difficilis maturatio nis exhuberat in membris anhelitus, reddens eam facilem ad expellendum: & confert difficultati anhelitus, & dolori pectoris, & laterum.

Scillę spẽs duæ.

¶ Looth sanum & expertum.

ACcipe cinnamomi, hyssopi siccæ, succi liquiriciq, singulorum vnciam dimidiam, Iuiubarum, Sebesten, singulorum vncias. xxx. numero, passularum enucleatarum, ficuũ siccarum, dactylorum pinguiũ, singulorum vncias. ij. fenugræci drachmas. v. Capillorum veneris, quantum manus capi potest, anisi, feniculi, yreos, calamenti, singulorum drachmas. iiij. feminis lini drachmas. v. hęc omnia coquãtur in libris. iiij. aquæ vsq; ad consumptionem mediæ partis, & pone super ea pentidiarum libras. ij. Coquevsq; ad mellis spissitudinẽ: dein de proijce desuper pinearum mundatarum, amigdalarũ, liquiriciæ, dragaganti, gummi arabici, amidi, singulorum drachmas. iij. yreos drachmas. ij. Malaxentur omnia, & agitentur vsq; dum medicamen maturetur, & fiat album. Confert ad tussim, & ad raucedinem vocis quę est propter frigiditatem, & pituitam grossam, quæ continetur in pectore & pulmone.

¶ Looth de caulibus, siue de brassica.

Brassica. ACcipe succi caulium, siue brassicæ rub. lib. j. croci drachmas. ij. sacchari, mellis, singulorum librã dimidiam: misce vt decet: & fiat Looth. Brassicæ Cato tria facit genera, vnam extẽsis foliis, caule magno: alteram crispo folio, quam apianam vocat, & selinadã. Tertiam minutis caulibus lenem & tenellam, sed & caules a nostris nuncupãtur: vnde cauliculos, siue coliculos deducimus. Brassicæ cibo sensus purgantur. Erasistrati diatriba tenuit nihil salubrius, nihil vtilius esse stomacho, & neruis brassica: ideoq; paralyticis, & tremulis, & hemoptoicis eam dari iussit, bonam facit aluũ suberudæ brassi

Dioscorides. cę cib⁹ [vt Dioscorides scribit] Sistit cõtra pcocta: multoq; magis bis: maior est per æstatem brassicæ acrimonia, stomachoq;, & si Erasistratus contrarium scribat. Omnes ex grecorum decretis brassicæ alui soluũt, sed efficacior ad omnia sylueſtris, quam satiua: ideoq; non sine noxa in corp⁹ admittitur: marina autem salsuginis alicui⁹, & amaritudinis particeps aluum violẽtissime expurgat. Est [autem] brassica pauci nutrimenti, crapulam soluit, ebrietatẽ retardat [vt refert Aristoteles] nam exsiccat vapores [vt Galen⁹ attestatur]. Si quis parum audiat [inquit Cato in re rustica] terat cum vino brassicam, succumq; expressum tepidum in aurem instillet, cito intelliget se plus audire.

Virt⁹ brassicæ. Galenus. Cato.

Aliqui tradunt populum romanũ sexcentis fere annis medicina brassicæ vsum: nõdum enim ad vrbem conuenerant medici, qui pigmenta secum attulissent: sed ea tempestate militares viri gloriosas cicatrices gratuito olere curabant.

¶ Looth de pulmone vulpis.

ACcipe pulmonis vulpis sicci, succi liquiriciæ, Capillorum veneris, se. feniculi, singulorum vnciam dimidiam: cõfice cum sacharo decocto in aqua quãtũ sat est. Vulpes [vt scribit Aristoteles] animal est ingeniosum, & malarum operationum: habet virgam ex osse, coit ad terram proiecta. Et [vt scribit Constãtinus] vulpes in fame præ angustia latratus canum imitari dicitur, hoc est, cum esurit, nec inuenit quod manducet, fingit se mortuam, & resupina flatum attrahit lingua protracta: tunc aues incaute descendentes quasi ad cadauer aperto ore rapit, deuoratq;: pulmo eius aridus cõfert asthmatis, difpnoicis, ac anhelosis, pulmonemq; confortat.

De vulpe & natura eius.

M

¶ Mithridatum.

IN scrinijs Mithridatis maximi Põti & Persarũ regis deuicti Cn. Pompeius maximus inuenit manu illius scriptã in peculiari cõmẽtario compositionem antidoti, e duabus nucibus siccis, totidẽ ficis, & rutæ folijs viginti simul tritis, addito salis grano, quam qui ieiunus sumpserit, nullum venenum ei illo die nociturum: inde enim factum est [vt reliqua nunc taceã] quod generosa illa antidotus a Mitridate rege composita, a quodam iuniore medico, nõ ab illo Persarum, ac ponti rege eius sibi nomen vsurpare cupiente, vt credere sibi visus est Auicẽna, ac cæteri Arabum magistri: illa enim antidotus Mithridatis regis ex quatuor duntaxat rebus [vt dictum est] cõposita: illa vero iuniorum ac arabum compositio ex centum & octo & amplius constructa est simplicibus medicamẽtis: nos impręsentiarum hoc solum demõstrem⁹, q̃ nr̃a ætate regis Mithridatis nõ habeatur a iuniorib⁹ medicis certa cognitio: antidot⁹ Mithridatis regis quatuor solum simplicia continet: illa vero recentium medicorum cõpositio centum & octo & paulo amplius, in qua multa continentur quę nostris sunt incognita, nec inueniri a nostris pharmacopolis possunt, quæ nostro hoc æuo neq; a Græcis, neq; a Latinis, nedũ a Barbaris cognoscuntur, quemadmodum sunt Myrrha, xilobalsamus, terebenthina, casia lignea, Opobalsamum, Carpobalsamum, bdelliũ, petroselinum, Acasia, Terra lẽnia, Amomũ, malabathrum: de quib⁹ ample disseruimus libro primo castigationum nostrarum. Mithridates ponti & Armeniæ rex homo erat superstitiosissimus, annos natus. lxxv. habens secum semper philosophos, omniumq; artium peritissimos: qui cum a filio Pharnace obsessus esset, vbi filiũ inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur. Quoniam Pharnaces [inquit] me mori iubet, vos si estis Dij patrij precor, vt quandoq; & ipse hanc vocem a liberis suis audiat. Statimq; descendens ad vxores, pelices, ac filias suas venenum omnibus dedit, quod cum ipse nouissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua aduersus noxios succos sepe obstruxerat, veneno cõfici posset, frustraq; spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatiõe cordis foris acti discurreret: Gallum quẽdã militem iam fracto muro discurrẽtẽ inuitauit, eiq; ingulũ prębuit: hũc exitũ Mithridates habuit, vitæ nobisq; sententiæ suæ fortissimum argumentum reliquit; annos natus [vt dictum est] lxxv.

Mithridatis cõpositio.

Mithridatis mors.

N

NEfrocatarticum Nicolai non est invsu pharmacopolis nostris, nec præparatur in officinis: in eo ingrediuntur quæ cauēda, sunt prudentibus, prout sunt Euphorbium, lapis lyncis, lapis vesicæ porci, etiam ingrediuntur quæ a nostris non reperiūtur, vt balsam⁹, Myrrha, Casia lignea, & alia plurima.

O

¶ Oximel diureticum, siue compositum.

Mellis natura.

ACcipe corticum radicum apij, feniculi, singulorum libr̄.j. petroselini, bruscі, Sparagi, seminis apij, fenugręci, omnium drachmam.j. decoquātur prædictæ radices, & semina in libris.xij. aquæ: & in libra.j. aceti vsq; ad consumptionem mediæ partis: & cū melle quantum sufficit, fiat syrupus decoquendovsq; ad perfectionem. Oximel digerit, diuidit, & pituitam purgat, & datur in mane ad diuidendum phlegma. ¶ Mel calidū & aridū in secūdo gradu, partū tenuiū, abstergens, continet acre quiddam quod excernendū, ventrem suscitat, vrinam mouet, & ventrem non subducit, nisi multa misceatur aqua. Mel senibus conuenit dispumatum temperamento frigidis, sed calidis bilieścit, coctum per se minus iaceścit, & perinde minus nutrit.

¶ Oximel squilliticum, siue scilliticum.

ACcipe mellis dispumati libras.iij. aceti squillitici lib. ij. coquatur, & dispumetur, & fiat, vt dictum est in oximelle diuretico. Cōfert difficultati anhelitus, & dolori pectoris, & asthmati. De scilla dictum est in looth de squilla.

¶ Oxizacara simplex.

ACcipe sacchari libr.j. succi malorum granatorum acetosorum vncias.viij. Aceti vncias.iiij. pone in stannato vase super ignē, agitando donec ad quantitatem sacchari redeat, & serua in vase terreo aut stanneo.

¶ Oxizacara composita.

ACcipe capillorum veneris recentis, linguæ ceruinæ, ceteracī, politrici, epaticæ, violarū, feniculi, bruscі, sparagi, graminis, omnium siue singulorū libr̄.j. in succo malorū granatorū acetosorū herbas & radices infunde per tres dies: & postea parū bulire facias, & cola, & exprime: & postea adde sacchari quantum oportet: & coque vsq; ad perfectam decoctionem: valet oxizacara contra sinocham, cautosim, & contra omnes acutas, & peracutas ægritudines tam simplices quam cōposita, sed magis simplex: nam cōposita valet in febribus compositis ex cholera & phlegmate.

¶ De oleo.

De oleo ex Platone. e

OLeū (vt Plato scribit in Protagora) arboribꝰ omnibus, herbisq; maxime prodest, pilis autē animaliū oīm (humanis exceptis) nocet plurimū: nā & pilis (inquit) hoim, & toti corpori cōferunde & oleū exteriꝰ nostri corporis partibꝰ optimū, interioribꝰ pernicio-mū. Quapropter medici ęgrotātibꝰ olei vsum vetant; nec vti permit-

tunt, nisi q̄ paucissimo ad obsoniorum quorundam male olentium offensionem reijciendam. hæc Plato. p

DE pilulis, siue catapotijs. li. ij. castigationū nostrarum differuim⁹ satis: ad quem lectorem mittendū in cōsilio est, si per ociū licet.

¶ Puluis electuarij de bolo.

ACcipe omnium sandalorum, galāgę, ligni aloes, cinnamomi, coralli rubei, rosarum rubearum, seminis melonum, singulorum drachmam dimidiam, radicis tunicis, radicis tormentillæ, singulorū drachmas. iij. rasuræ eboris, cornu cerui, singulorum drachmā dimidiā, nucis muscatæ numero. j. macis, cubebarū, singulorū drachmā. j. anisi, maratri, zinziberis, singulorum grana. xv. seminis acetosæ, seminis citri, seminis iuniperi, seminis cotij, gariofilorum, singulorū drachmam dimidiam, boli armenici, drachmas. ij. fiat puluis: valet enim contra venena, & præseruat vsus eius a peste: confortat cor & cerebrum.

¶ Puluis contra lumbricos.

ACcipe seminis sancti siue contra vnciam. j. lupinorū vnciam dimidiam, absynthij drachmas. ij. cornu cerui vsti drachmā. j. cum dimidia: fiat puluis, capiat in mane cum aqua portulacæ & graminis.

R

¶ Rosata nouella.

ACcipe rosarum, sacchari, liquiritiæ, singulorum vnciā. j. cum drachmis. ij. Cinnamomi drachmas. ij. cum dimidia, Gariofilorum, Nardi, zinziberis, galangæ, nucismuscatæ, zedoariæ, storacis calamitæ, cardamomi, apij, singulorū drachmam dimidiam, mellis quod sufficit, valet ad cordis siccitatē, & epatis, & pulmonis: est enim temperata: defectis ex longa infirmitate mire subuenit, sudores diaforeticos compescit.

¶ Requies.

ACcipe rosarū, violarū, singulorū drachmas. iij. papaueris albi drachmas. viij. scariolę, lactucæ, seminis portulacæ, psillij, nucismuscatę, Cinnamomi, sacchari, singulorū drachmas. ij. triū sādalorū, spodij, dragaganti, singulorū drachmā. j. mellis q̄tū sufficit. Requies dicit eo qđ requiē p̄stat, & somnū. Remota sunt opiū, & mandragora, & hyoscyam⁹ tanq̄ naturæ inimica.

¶ Rubea trociscata.

ACcipe liqritię, cinnamomi, croci, rosarū, singulorū drach. iij. cū dimidia, papaueris albi vnciā. j. croci, rosarū, seminis apij, singulorū drach. ij. cū dimidia, nardi, violarū, singulorū drachmā. j. cū dimidia, gariofilorū, Storacis, Anisi, singulorū scrupulū. j. mellis quod sufficit: hæc rubea sumpta cū ptisana sputū sanguinis strigit, acutas febres placat: nō laudo tamē dare acute febricitātibꝰ. Periodicarum seriū ante horā accessiōis cū aqua rosarū valet post phrenesin manēte vigiliarū materia, & siccitate cerebri manēte, sic data valet. Ab hac cōpositione remota sunt hyoscyamus, opiū, tanq̄ periculosa, & myrrha, quia non inuenitur bona, & trociscі crocomagnetis, & idiocri a nostris pharmacopolis neglecti.

¶ Rob de ribes.

ACcipe succi de ribes, & loco eius succi rhanni rubei libr. x. coque cū facilitate vsq; ad cōsumptionē tertię partis, & coletur, & dimit-

tatur reſidere,& clareſcat:poſtea coquat cũ facilitate in vaſe vitreo vſq; ad ſpiſſitudinẽ,aut exponat ſoli, donec habeat ſpiſſitudinẽ:ettre ſeruet. ¶ Rob de berberis fit vt rob de ribes. ¶ Iſaac ebẽmarã,de ri bes inqt planta eſt habens capreolos recentes:rubeos ad viriditatem tendentes,& habet folia magna, lata, rotũda,viridia:& habet grana quorum ſapor eſt dulcis cum acetoſitate, & ipſa eſt frigida, & arida in ſecunda manſione:de illa ſcriptum eſt libro primo caſtigationum noſtrarum capite.xxviij.Berberis arbor eſt ſimilis arboribus pirorũ agreſtiũ,niſi quia minor:&(vt inquit Galenꝰ)virtuseſt ſtiptica,quæ prohibet & retinet omnem ægritudinem quæ eſt ex fluxu, quando comediť,aut bibitur:abſcindit fluxum antiquum,& humiditates an tiquas que fluunt a matrice,vt ſcribit Dioſcorides. ¶ Rob ſtomachi calidum cõfortat,vomitum cholericum ſedat,ſitim extinguit, cordis ebulitionem mitigat:& ipſum confortat,ſolutionẽ cholericam ſtrin git,& alterat.Rob de berberis valet ſicut rob de ribes;& eiꝰ operatio eſt ſicut illius.

S

¶ Syrupus de acetoſitate citri.

Syrupus acetoſitatis citri Meſuæ ſic præparatur ſecun dum ipſum.Accipe ſucci acetoſitatis citri lib.xij.coq que in vaſe vitreo ſuper prunas,donec tertia pars cõ ſumatur,& poſtea colatur,& quieſcat,vt clarificetur. Poſtea accipe ex eo quod clarum eſt lib.vij.& infun datur ſuper ipſum ex Iulep claro depurato lib.ij.& coque donec inſpiſſetur Iulep, & ſaccharum clarifi catum & coctum ad perfectionẽ:quare ex qualibet libra ſacchari pur ni debẽt lib.iij.cum dimidia prædicti ſucci;vt dicitur in ſyrupo Me ſuæ:tamẽ certum & clarum eſt apud Pharmacopolas,quod pro qua libet pomo citri vix extrahi poteſt vncia vna ſucci facta reſidentia,vt fieri docet Meſues & præcipit;& ſic in qualibet libra ſacchari,aut Iu lep cocti,& clarificati vt Meſues habet lib.iij.cum dimidia ſucci de purati & clarificati ingreditur: quapropter eſt animaduertendũ in primis, cum dicitur in compoſitione Syrupi a Meſue, Accipe ſucci citri lib.xij.& pro qualibet libra ſucci ponuntur poma numero.xij. q̃ ſunt in numero centum quadraginta quatuor pro toto antidoto:& ſic cõſtruẽdo ſyrupũ de acetoſitate citri erit Syrupus ĩgẽtis p̃cij:nam pro aureo vnovix quatuor poma citri haberi p̃nt apud Lugdunũ ea porũ:& ſic libra Syrupi excederet p̃ciũ q̃tuor aureorũ:& tñ a phar macopolis noſtris vix poteſt aurei pars quarta haberi pro libra ſyru pi.Vides iam quantum in manifeſtiſſimis etiam cæcutiat Meſues ta niorum medicorum euangeliſta.Ita Barbarorum inſcitia vniuerſa medicinæ decor perijt:quem,faxint ſuperi, doctorum omnium ſtu dijs recuperemus.Satius fuiſſet Syrupum de acetoſitate citri cum de coctione acetoſitatis eius,quam cum ſolo ſucco ſyrupum componere;addendo

re:addendo ſacchari quantum oportet:verum vtcũqꝫ moneas,fruſtra vereor moneas,quando errore penitus obſtinati obſurduerint: valet ſyrupus iſte(inquit Meſues)in extinguendo inflammatiões flauæ bilis,& febresvehementis inflãmationis,& ad febres peſtilẽtiales:cõ fert & ebrietati,& vertigini. ¶ Citrea mala odoratiſſima, vt ſcribit Opiꝰ,in Perſide omni tempore generãtur:Alia eñ præcarpunť,Alia interim matureſcunt.Martialis in xenijs. Aut corcyrei ſunt hęc de frondibus horti, Aut hęc maſſyli poma draconis erãt. Citra corticis ſunt calidi in primo,& aridi in fine ſecũdi Caro autem calida in pri mo,& humida in ſecundo. Accidunt in ipſis frigidum & aridum in tertio:caro difficulter concoquitur,& pituitam groſſam gignit: ob hoc cum melle,vel ſaccharo mãdi debent. Citrorũ ſemen aduerſum venena omnia prodeſt, morſuſqꝫ virulentos præcipue ſcorpionum, & potum,& appoſitum:peſtem arcet, menſtrua agit, ipſorum acidũ flauam bilem plurimum deijcit.Cortex ad cibi concoctionem facit, aduerſumqꝫ humorem melancholicum,eiuſqꝫ animi deiectiões, cõ fertqꝫ ſtomacho in vſu mediocri:nam difficulter concoquitur, ſi ſu mitur immoderate.

Mala ci trea quid ſunt.

Syrupus de violis.

Accipe violarum vncias.ij.Seminis citoniorum, Seminis mal uæ,ſingulorum vncias.viij.Iuiubas,ſebeſten, ſingulorum nu mero.xx. Coque in aqua ſucci cucurbitæ,vel decoctionis eius ad con ſumptionem tertiæ partis,& cum lib.j.& dimidia ſacchari fiat ſyru pus.Syrupus de ſucco acetoſæ fit ſicut ſyrupus de ſuccoviolarum.Sy rupus de agreſt a fit vt ſyrupꝰ de acetoſitate citri. ¶ Violæ plura ſunt genera,purpureæ,luteæ,croceæ & albæ:purpuream ſponte naſcentẽ apricis & macris locis e radice exeunte iacynthum,appellant.Inter violas ipſe poſuerim florem odoratum,cuius fragrantia haud diſſi milis Carophylo,de quo inter aromata, merito nomen ab illo ſibi vẽdicauit.Violarum folia aquoſam & ſubfrigidam obtinent poteſta tem:& virtus earum prima infrigidat parum:& ſecunda lenificat,& tertia quæ ſedat apoſtemata calida,quando ponuntur ſola,aut cũ fa rina ordei. Violæ ſunt[vt inquit Razes]frigidæ ac ſomniferę,quę ca pitis dolorem a calore factum ſedant.Syrupus violarum cõfert tuſſi calidæ,& pleureſi.

Violarũ genera,& ſpẽs,ac pꝛo prietas.

Syrupus de menta.

Accipe ſucci citoniorum,pomorum muzorum,pomorum dulciũ, ſucci granorum dulcium,acetoſorum,ſucci granatorum muzo rum,ſingulorum libram.j.proijciatur deſuper per diem & noctem mentæ ſiccæ lib.j.cum dimidia,foliorum roſarum vncias.ij. deinde coquantur ad conſumptionem mediæ partis,& addendo mellis,& ſacchari ſingulorum li.j.fiat ſyrupus;aromatiſetur cum gallia mu

Menta qd fit,& pꝛo prietas.

scata. Iste syrupus stomachum frigidum cõfortat, nauseam, vomitũ, fluxumvẽtris, & singultum sedat. ¶ Menta iuuat iecur frigidum, ac ventrem, cõfirmat stomachũ, & concoctionem facit, & vomitũ mitigat, ac guttur, vtilis est cordis affectionibus, appetitũ exacuit, flatus distrahit, lũbricosq; perimit, præcipue ius agrestis, venerẽ suscitat, iecoris, & splenis opilationes amouet: nec tamen ea vescendũ iugiter: quoniã sanguinẽ attenuat: & quiddã serosum gignit, ipsumq; qualitate mutat, & in flauã bilem vertit. Expedit flaua bili abundantes ab ea abstinere. Cũ sale trita, & rabiosi morsui canis imposita medelam affert: eius semen ventrem purgat, sed pulmonem non iuuat.

¶ Syrupus de absinthyo.

Accipe absynthij romani lib. dimidiã, rosarũ vncias. ij. spicę drachmas. iij. vini antiquũ odoriferi, succi citonorum, singulorũ lib. j. cũ dimidia: dimittantur per diem & noctem in vase lapideo: deinde coquantur ad cõsumptionem mediæ partis, & cũ lib. ij. mellis fiat syrupus, valet ad casum appetitus, & debilitatem stomachi, & mollificationẽ viscerũ, & debilitatẽ iecoris, & dolorẽ: est enim nobilis & expert⁹. ¶ Absynthium calidũ est in primo ordine, aridũ aũt in secũdo. Succus eius est hærba multo calidior, particepsvero acerbitatis nõ obscurę, imprimisq; ponticũ: ideo abstergit, & confirmat, & arefacit: ideo etiam in aluo humores biliosos per inferiorẽ partẽ agit, & per vrinas exhaurit, crapulam arcet, præpotum contra inflãmationes cõgruit: & alui, & stomachi doloribus potum cum nardo celtica, curat arquatos, & appetitum acuit: eius decoctio sumpta cotidie ad treis cyathos aduersum suffocationes ex fungis succurrit cũ aceto potum.

Absynthium.

¶ Syrupus de Fumoterræ.

Accipe omnium myrobalanorum, singulorũ drachmas xxx. florum buglossæ, quã boraginem vocamus, violarum, absynthij cuscutæ, singulorum vnciam. j. liquiriciæ rosarum, singulorum drachmam. j. Epithimi, polipodij, singulorũ drachmas. vij. prunorum, passularum mundatarum, singulorum lib. dimidiam, prunorum Casiæ fistulæ, singulorum vncias. ij. hæc omnia bulliant in. x. libris aquæ, vsq; dum deueniant ad lib. iij. & cũ succo fumiterræ depurato, & saccharo de singulo lib. j. cũ dimidia fiat syrup⁹. ¶ Iste syrup⁹ stomachum & iecur cõfortat, obstructiones aperit, & morbos cutis curat, & ꝓprie quorum materia sunt humores salsi, aut adusti: sicut scabies, impetigo, serpigo, & lepra, quã græci elephãtiasin vocãt. ¶ Fumus terrę, siue fumaria hęrba est, quã Romani apiũ, siue fumariã hęr appellãt, fruticosa (vt inquit Dioscorides) hærbula est coriãdro simi lis, egregię teneritudinis: folia habet cãdida, cinericij coloris, numerosum vndiq; purpureũ florem, habet succus eius acrimoniam, facit oculorum claritatẽ: sed lachrymosus est, vnde & nomen inuenit hærba, prohibet idem renasci euulsos palpebrarum pilos addito gũmi

Fumaria siue fumus terræ.

tunctus. Pota hærba etiam multã & biliosam vrinam trahit. ¶ Virtus eius (vt scribit Galenus) primo est calida cum quadam frigiditate, & arida in secũdo ordine, fortificat, & mundificat: confert stomacho: & nõ est in ea de caliditate qualitas manifesta: proprietas eius est ad scabiem, & pruritum, & laxandi flauã bilem adustam, & clarificandi sanguinem, ac vrinam prouocandi.

¶ Syrupus de Liquiricia.

Accipe Liquiriciæ vncias. ij. Capillorum veneris vnciam. j. hyssopi siccæ vnciam dimidiam, projce desuper aquæ libras. iiij. & dimitte die ac nocte: deinde coque ad medium, addendo mellis sacchari, penidiarum, singulorum vncias. viij. aquę rosarũ drachmas v. fiat syrupus. Iste syrupus confert tussi antiquæ, & mundificat pectus, & pulmonẽ. ¶ Liquiriciæ virtus prima (vt scribit Galenus) est virtus frigidior complexione corporis hominis, ac si sit tepidæ caliditatis: quapropter videtur esse æqualis complexionis: quare est humida temperate. Virtus secunda eius est quæ lenit, & tertia virtus quæ lenit asperitatem meri, & vesicam, & abscindit sitim, & cõfert pulmoni, vrinæ ardorem aufert.

Liquiric

¶ Syrupus de Hyssopo.

Accipe Hyssopi siccæ, radicis apij, feniculi, petroselini, Liquiriciæ, singulorum drachmas. x. hordei mundati vnciam dimidiam, seminis maluæ, dragaganti, seminis citoniorum, singulorum drachmas. iij. capillorum veneris drachmas. vj. iuiubas, sebesten, singulorum. xxx. passularũ mundatarũ drachmas. xx. ficus siccas, dactylos pingues, singulorum. x. penidiarũ lib. ij. fiat syrupus, confert asthmati, tussi, & dolori pectoris, & laterũ. ¶ Hyssopus vim habet calefaciendi, attenuandiq; decocta cum ficubus & melle, ruta & aqua: & pota asthmaticis succurrit: tussi veteri, distillationi, lumbricosq; perimit, cum melle mista idem præstat: manditur cum viridibus ficubus ad aluum subducendã, si admisceatur cardamomo, vel iridi vehemẽtissime purgat: & colorem efficit probatum, si fiat ex ea cataplasma cũ ficu, & nitro, splenio, & aquæ inter cutẽ, cũ vino succurrit, & anginis decoctio ducta in gargarismum: cocta cum aceto laborantib⁹ succurrit dentib⁹ ex dolore, vel cõcussu: calida est & arida in tertio ordine, vt scribit Auerrhoes. v. colliget.

Hyssopi ꝓprietas

¶ Syrupus de prassio.

Accipe prassij viridis vncias. ij. Hyssopi siceę, capillorum veneris, singulorũ vnciã. j. calamẽti, anisi, radicis apij, radicis feniculi, singulorũ drac. v. seminis maluæ fenugreci, ireos, singulorũ

drachmas tres,seminis lini,seminis citoniorũ,singulorũ drachmas duas,passularũ mundatarũ vncias quinq;:ficus siccas.xvj.penidiarũ lib.j.mellis electi libras duas:fiat syrupus:confert senibus,& frigidis natura,& ægritudinibus pectoris,& tussi antiquæ,& asthmati a pituita grossa,&putrida,& viscosa difficilis eradicatiois. ¶ Marrubium qđ prassion hemoptoicisvtile. Sunt qui asterion,romani marrubium dicunt:nascitur circa areas domorũ,& inter tubera. Dantur (inquit Dioscorides)cum melle tabidis, tussientibus, suspiriosisq; siccata marrubij folia,& semen,ytum in aqua decocta,aut ex viridibus expressus succus: crassas pectoris excreationes eadem adiuuat siccatæ iridis admista farina:dantur & mulieribus quæ non purgantur ad ducẽdos menses,secundasq;. Dãtur & in difficili partu:serpentium morsibus,& his qui letale aliquid hauserint:vesicæ tamen & renibus nocent,lateris dolores leniunt:confert idem oculorũ claritati,additis vino & melle inunctis auribus etiã præsenti vtilitate perse,& cum rosaceo infundit. Fecit Theophrastus libro sexto de plantarum historia marrubij duo genera:alterum quod magis hærbaceum,alterũ qđ rotũdiore,& squallidiore folio esset,sed de ijs alias.

Prassion siue marrubium.

Duo marrubij genera.

¶ Syrupus de Epithimo.

Loco thamarindorum ponant pruna hyemalia:nã thamarindi a Pharmacopolis sophisticantur cũ aceto,prunis & granis cassiæ.

ACcipe epithimi drachmas.xx.myrobalanorum citrinorũ,indorũ, singulorum drachmas.xv.cuscutæ,fumi terræ,siue fumariæ,singulorũ drachmas.viij.Thimi,buglossæ,quam boraginem vocamus, calamenti,emblicorum,bellericorum,liquiritiæ,polipodij,agarici,stichados,singulorũ drachmas.vj. rosarum,seminis feniculi,anisi,singulorum drachmas duas,pruna viginti,passularũ mundatarum vncias quatuor,thamarindorũ vncias duas cum dimidia: sacchari lib.iij. rob.lib.ij.fiat syrupus:bilẽ atram,& humores adustos cumvirtute expellens,morbos ex atra bili factos purgat,cõfert eis qui parati sunt in elephantiasim,quam Arabes lepram vocant,& qui cancrum patiuntur,& vulnera fraudulẽta,& fistulas,& scabiẽ, & saphati.Epithimũ in cũctis potẽtia validius est thimo,arefaciẽs, & calefaciens in tertia distantia:purgat autem atram bilem,& cõfert spasmo. Potum cum melle(inquit Dioscorides) pituitam,bilemq; nigram per inferna purgat:nascitur plurimũ in Capadocia,& Paruphylia.

¶ Syrupus de Eupatorio.

ACcipe radicum apij,feniculi,endiuiæ quam scariolã nostrivocãt,singulorũ vncias.ij.liquiritiæ,squinãti,cuscutæ: absynthij,rosarum,singulorũ drachmas.vj. capillorũ veneris,bedeguaris,florum buglossæ,siue boraginis,anisi, feniculi,eupatorij,quẽ nos agrimoniã vocam⁹,singulorũ drachmas qnq;,rauedseni,masthicis,singulorũ drachmas tres,spicæ:coque in aquæ libris.viij.ad consumptionem vsq; tertiæ partis,& cum libris quatuor sacchari,& succi apij,& succi scariolæ,siue endiuiæ sufficiẽti quãtitate fiat syrupus.Remota sunt malabatrũ nostris incognitũ

& azarũ vomitiuũ. Valet syrupus iste febribus antiquis,quib⁹ corrumpitur stomachi forma,& iocinoris obstructiones aperit,& confert frigiditati,& mollificationi,& ventositati in eis,& dolori hypocũdriorũ,& inceptioni aquæ intercutis. ¶ Fuerũt,& adhuc sunt magnæ inter medicos dissensiones de Eupatorio,& argemone, quam Eupatorcorrupto vocabulo passim agrimoniã nominant:nam ex veteribus riũ qd sit. quidam,quos Dioscorides etiam notat,putauerũt eupatorium esse veram argemonẽ,cum tamen ab Eupatorio in vniuersum differat: qui quidem error ad nostra vsq; fæcula durauit:hærbam enim quæ verũ est Eupatoriũ omnes nostræ ætatis medici agrimoniã esse credunt, idq; verum esse ex eupatorij notis a Dioscoride libro. iiij: Dioscoricap.xxxviij.traditis manifestissime deprehendere licet:quod quidẽ des. libro primo nostrarũ castigationum,& in syluis nostris medicinalibus ample ostensum est:confortat stomachum,iecur,& viscera:& est medicina solẽnis obstructionũ antiquarũ:febribus chronicis & lõgis subuenit: est subtiliatiuũ,incisiuũ,abstersiuũ,& præseruatiuũ putrefactionis,calidum in primo ordine,aridum in secũdo:sed quoniam prorsus ignota est hærba dicta Eupatoriũ:omnis apud nostræ ætatis medicos vsus perijt.

¶ Syrupus de sticados.

ACcipe florum sticados drachmas.xxx.hasce,calamẽti,origani, singulorum drachmas. x.anisi, pyretri,singulorum drachmas septem,piperis longi drachmas tres,zinziberis drachmas duas,passularũ mundatarũ vncias quatuor, sacchari lib.v. condiantur cum cinnamomi, calami aromatici, croci, zinziberis,piperis nigri,piperis lõgi,singulorum drachmi.cum dimidia:liga in panno raro,& suspende in syrupo.Expertus est syrupus iste ad omnes ægritudines neruorũ frigidas:sicut est paralysis,siue cõuulsio,morb⁹ hercule⁹,spasm⁹,tremor,& tortura. ¶ Sticados teste Galeno cõpositus est ex substantia terrea,frigida,& ariditate pauca: & propter hoc est stiptica parum,& ex alia substantia ignea,subtili, multa,est amari saporis:virtus eius secũda abstergit,fortificat,aperit,& subtiliat. Et virtus tertia fortificat totum corpus,& membra interiora omnia, prohibẽs omnẽ putrefactionẽ cum subtilitate quã habet. Et(vt inquit Dioscorides)eius decoctio confert dolori pectoris:sicut hyssopus atrã bilem,& pituitam expellit,vt Razes scribit: & multoties bibitur,vt ventris faciat purgationem.

Sticados.

¶ Syrupus de papauere.

ACcipe papaueris albi,papaueris atri, singulorum drachmas lx.decoquantur in lib.iiij.aquæ pluuialis, vsq; dum redeant ad lib.j.cum dimidia,& cum saccharo,& penidijs, singulorum lib.dimidiã:fiat syrup⁹,cõfert catarrho, & tussi quæ vi Papauegilare facit:& ingrossat humores subtiles. ¶ Papauer frigidũ & ariris prodũ,melius atro albũ,somnũ citat:difficile concoctu,exigui nutrimẽ prietatis. ti:cũ melle sumptũ bilem auget:thoraca iuuat,asperamq; arteriam, tusses, & vẽtrẽ sistit:& saturatim sũptũ capitis molestiã gignit. Atrũ Atri pa-

papaueris ꝓprietas.

papauer frigidius, magisq; somnum allicit: vt si quis nimius in eius vsu fuerit, profundissimo sepelietur somno, vt lethargici. Tradũt nõ ignobiles medici cũ lacte muliebri, & croco impactũ padagricos leuare: eius succꝰ letalis est: atri nãq; papaueris succus opiũ noiatur.

¶ Syrupus de arthemisia.

Arthemisiæ ꝓprietates.

MAccipe arthemisiæ manipu. duos, pulegij, calamenti, origani, melisse, persicariæ, sauinæ, sanfucci, camedreos, perforatæ, camepytheos, matricariæ cum flore, cẽtaureæ minoris, rutæ, bethonicæ, boraginis, radicũ feniculi, apij, petroselini, asparagi, brusci, saxifragiæ, enulæ, dictanni, cyperi, rubeæ tinctorũ, ireos, peoniæ, singulorum manipu. j. seminis iuniperi, leuistici, apij, anisi, nigelle, pyretri, cordumeni, calami aromatici, singulorũ vnciam dimidiam: conquassentur, & infundãtur in aqua fluuiali sufficienti per diem & noctem: postea & decoquãtur vsq; ad cõsumptionẽ medietatis, & postea deponantur ab igne, & manibus fricentur, & colent, & in colatura addatur mellis & sacchari quantum oportet: & decoquantur vsq; ad perfectionẽ, & postea adde aceti acuti, vel squillitici, & aromatisetur cum cinnamomo, & spica: valet ad ægritudines matricis quæ fiũt ex materijs corruptis, & obstructiõibꝰ. ¶ Arthemisia ab arthemide dicta est, siue ab arthemisia regina, cum prius parthenis vocaretur: quæ oibus fœminarũ malis medetur, hãc cum saluia alligatam qui habet viator, lassitudinẽ sentire itinerariã negatur. Si quis stomacho laborans olus hoc contulerit, & cũ amigdalino oleo miscuerit, mox facto malagmate stomacho imposuerit, a dolore illo sanabitur, vt scribit Dioscorides. T ¶ De tyriaca.

Galenus.

TYriaca aduersus venena inuenta est: & a feris siue beluis apud grecos vocitata est, ꝙ hæc compositio aduersus omnes beluas venenatas instituta sit. Quapropter hallucinãtur Medici iuniores, prẽsertim Arabum doctrinã sequẽtes, theriacã, siue tyriacã nobile olim antidotũ, nõ a feris, sed tyro nũcupãtes: cuius etiã cũ certa non habeatur sciẽtia, nihil mirũ, si eos nõ præstet effectus, quos de ea veteres pollicẽtur. Galenus in libro de theriaca ad Pamphilianũ: a tranquillitate quam ægris afferre solet, sic noiata est: proinde mirũ admodũ est multos nostri sæculi medicos, hæc varia in diuersis interpretamẽta parũ diligẽter intuẽtes/quum aliquando tyrum/aliquã viperã in medicorũ libris lectitarent/nõ nominũ tantũ/sed aliarum quoq; diuersitatẽ esse existimãtes/alios trociscos e tyro/alios e vipera credidisse: cũ tñ passim in Gallia Narbonẽsi/ & in Italia reperiãtur, Tyrus seu vipera, vulgoq; dicatur marassus: quę certe nomẽclatura nec barbara est/nec citra rõnẽ excogitata: qppe a Marsorũ populis interpretatione ethimologica duci nomẽ videt: quia id genus maxime cõsectarent Marsi/circũferrẽtq;. ¶ Sylliꝰ quoq; italicus libro. viij. de Marsis ita loqtur. Debellare acres norant/ac Marsica pubes Et bellare manu/& chelydris cantare soporẽ, vipereũq; hæbis hebetare/& carmine dentẽ. Indicat eqdẽ id Aulꝰ Gellius lib. xvij. Noctiũ atticarũ cap. xj. dicẽs. Gẽs i italia Marsorũ orta ferã a Circes

Syllius.

Aulus gellius.

filio Marso: ꝓpterea Marsis hoĩbꝰ/quorũ dũtaxat familiæ cũ externis cognatiõibꝰ nondũ etiã pmistæ, corruptæq; sunt, vi q̃dã genitali datũ, vt serpẽtiũ virulẽtorũ domitores, sint incensiõibꝰ/ hærbarũq; succis faciãt medelarũ miracula. Plniꝰ quoq; lib. xvij. cap. ij. author est Marsos a Circes filio ortos, ob idq; affuisse illis ĩgenitã vim cõtra serpẽtes. Lubẽs hic ꝓpretereo errores Anicẽnę, quos i theriaces descriptione cõmisit, sicut est ꝙ bis repetit cẽtauriũ/ac pẽthaphyllõ prætermittit. Nos ĩpræsentiarũ hoc solũ demõstremꝰ/ꝙ nr̃a ætate verę theriaces nõ habeaꝝ certa cognitio: qñ multa existãt simplicia medicamẽta ad eiusdẽ compositionẽ necessaria/quæ nr̃o hoc æuo neq; a Græcis/neq; a Latinis, nedũ a Persis/& Barbaris cognoscanꝝ: quędam modũ sunt, amomũ/myrrha/balsamꝰ/rheon/casia/cinnamomũ/dictamũ/petroselinõ/scordiõ/schœni, anthos/thlapi/hedychroũ/magma/qd̃ alindaracaron Arabes vocãt/aspalathon/calamꝰ odoratꝰ/ & alia plurima: de qbus lib. j. castigationũ nr̃arũ disseruimꝰ/ad quę lectorẽ mittẽdũ, cõsulimꝰ, si p otiũ licet. Cogitẽt igiꝝ studiosi, vt a fontibꝰ potiꝰ Græcis/q̃ Mahumetanorũ lacunis medicinã hauriãt.

Veræ theriacæ non habeꝝ certa notitia.

¶ Trifera magna.

Tria santali virtꝰ.

MAccipe gariofilorũ/cinnamomi, galãgæ, spicæ, zedoarij/zinziberis/ storacis calamitæ, calami aromatici/cyperi/iris/ peucedani/acori/ celticæ/rosarũ/ piperis/anisi/apij/ petroselini/ macedonici/ dauci/ cimini/ ocymi/ singulorum drachmã. j. mellis qd̃ sufficit. Remota sunt ab hac trifera opiũ narcoticũ/mãdragora naturæ cõtraria/somnifera/ iterficiẽs, hyoscyamus pniciosus/& pimẽs. Hęc trifera daꝝ cõtra dolorẽ stomachi virorũ & mulierũ cũ aqua, in q̃ cocta sint semina feniculi/anisi/& masthicis: daꝝ cõtra vitiũ matricis ex frigiditate, si bibaꝝ cũ vino in quo cocta sit arthemisia, ꝙocat mẽstrua: cũ decoctione arthemisiæ loco opij pot poni semẽ papaueris albi ad drachmas. viij.

¶ Triasandali.

Sandali.

MAccipe sandali albi/sandali rubei/sandali citrini/ rosarũ/ psilij/singulorũ dra. iij. rheubarbari/spodij/succi liquiritię/ semi. portulacæ/singulorũ drac. ij. amidi/gũmi arabici/dragagãti/ semi. melonũ/ citruli/cucumeris/ cucurbitæ/semi. scariolæ, singulorũ drac. j. cũ dimidia, syrupi rosati qd̃ sufficit. Alij accipiũt puluerẽ, & cũ saccharo qd̃ sufficit faciũt electuariũ in tabulis. Remota est camphora/vt adultera/& naturę cõtraria, qcqd dicat Auicẽna. Valet cõtra calorẽ iecoris, & stomachi, phthisicis, & morbo regio: valet etiã ad dolorẽ capitis ex calore cũ aqua ordei: valet ad oem dolorẽ ex calida causa. ¶ Sãdali frigidi sũt i tertio ordie, aridi j secũdo, cõferũt debilitati stomachi, & dolori capitis ex flaua bili facti: & sandalũ rubeũ est frigidi, albo, & citrino: & oia gña sandalorũ cõferũt cardiacæ, quæ est cũ febre, qñ liniꝝ cũ eis locꝰ cordis.

¶ Trocisci de rosis, siue diarodon.

ACcipe rosarum drachmas quatuor, ligni aloes, vel loco illius sandalorum rubeorum, singulorum drachmas duas, masthicis

drachmam.j.cum dimidia,absynthij Romani, Cinnamomi, Spicæ, florum squinanti,singulorũ drachmam.j. fac trociscos de drachmis ij.cum vino antiquo,& aqua decoctionis radicum: valent ad dolorẽ stomachi,& malitiam digestionis,& principium aquæ intercutis,& ad febres antiquas.

¶ Trociſci Diani,ſiue de violis.

ACcipe florum violarum albarum drachmas.vj. amidi drachmas iij.Seminis papaueris albi drachmas.ij.cum dimidia, Rheubarbari drachmam.j.cum dimidia, seminis plantaginis drachmã.j. aquæ rosarum quod sufficit:confice ad modum trociscorũ de rosis. ¶ Virtus prima violarum infrigidat parum,& secunda lenificat, & tertia sedat apostemata calida,quando ponitur sola, aut cum farina ordei: & confert inflammationi quæ fit in ore stomachi, & in oculo. Violarum folia aquosam & subfrigidam obtinent potestatem:dolorem capitis ex caliditate sedant:& sunt somniferæ violæ.

Violæ.

¶ Trociſci alkekengi.

ACcipe granorum alkekengi drachmas.iij.semis citruli, cucurbitæ,singulorum drachmas.iij.cum dimidia, gummi arabici, olibani,amigdalarum amararum,succi liquiritiæ, dragaganti, amidi, granorum pini,singulorũ drachmas.vj.semẽ.apij. Karabe,singulorũ drachmas.ij.papaueris albivnciam.j.fiãt trociſci.Ab hac compositione remota sunt terra sigillata nostris incognita, hyoscyamus tanquã venenosus ,& somnifer,Opium narcoticum, stupefactiuũ, mortale. Valẽt isti trociſci advulnera in renibus,& vesica:& ad dolorem quãdo mittit vrina extra. ¶ Alkekengi species est solani non mortiferi: vt libro secundo castigationum nostrarum scripsimus capite de tisera perſica de solano.

¶ Trociſci granorum Iuniperi,quos de myrrha Nicolaus appellat.

Vocantur trociſci de myrrha apud Nicolaum.

ACcipe granorum iuniperi drachmas.iij.Lupinorum optime tritorum drachmas.v.foliorum rutæ, mentastri, pulegij ceruini, ruebeæ tinctorũ,assæ fœtidæ, Serapini,Opponaci,singulorũ drachmas. iij.fac trociscos ponderantes drachmas.ij.cum succo rutæ.Remota est ab hac confectione myrrha,quia nullam inuenimus bonam,& loco mirrhę posuimus grana iuniperi,quia ad eandem intentionem valẽt, scilicet ad prouocationẽ menstruorũ. ¶ Iuniperi fructus calidus: arcet autem(vt quidã) in primo ordine:astringit, prodest stomacho, thoraci,tussim,& inflationes,& subuersiones amouet:prouocat vrinam,& mẽstrua:spasmis,& fracturis,& oppressis strangulationem mirifice succurrit.Calidus est, & aridus in tertio ordine, vt Auerrhoes scribit:prouocat mẽses fortius alia re:facit etiam mingere quandoq; sanguinẽ;facit aborsum ,& extrahit fœtum mortuum.

Iuniperi proprietas, & virtus.

¶ Trociſci de gallia muscata.

ACcipe sandali rubei partes.v.Ambrępartes.iij.moschi partem.j. Ingrediũtur in confectionib⁹ nobiliũ virorum.

Ingrediũtur in confectionibus medicinarũ,& facit oris,& corporis odorẽ laudabilem.

¶ Trociſci de agarico.

ACcipe agarici partẽ.j.Salis gemmæ tertium ipsius, aut loco salis zinziberis tantũdem:fiant trociſci cum syrupo acetoso: valẽt isti trociſci ad ea ad quæ valet agaricus. De agarico dictum est amplẽ libro primo castigationum nostrarum capite L.

¶ Trociſci de Karabe.

ACcipe Karabe aureos.vj.cornu cerui vsti,gummi arabici assi, Corali adusti,dragaganti,hypoquistidos,balaustiæ, masthicis lacrymæ ablutæ,papaueris nigri assi,singulorum aureos.ij. olibani, croci, singulorum aureum.j.cum dimidio,papaueris albi vnciam dimidiã: fac trociscum cũ muscillagine psillij.Isti trociſci abscindunt sanguinem de omni loco manationis eius.Hallucinatur Auicenna cum tota Arabũ schola,fabuloso scilicet errore seductus, Karabe quod Græci Electrum, Succinum vero latini vocant,populi arboris gummi putans.De karabe dictum est libro primo castigationum nostrarum in tracematione errorum circa finem capitẽ.liij. Ab ista confectione remotum est opium,quia mortale,& stupefactiuũ, ac naturæ cõtrariũ.

V

¶ De vnguentis.

VNguenta e diuersis vnum odorem sortita sunt autore incerto:cũ prius per se fragrarent singula, veluti opobalsama,stacte ,moschos,quivulgo muscus. Ratio faciendi duplex,vt dicit Plinius. xiij. Succus & corpus:ille olei fere generibus, hoc odoribus constat:Illa stymmata,hæc hediſmata dicuntur,ac e siccis odoribus diapasmata:nam feces magmata nominant,Hiacis temporibus non fuere. Primum quidem inueniſſe refert, castris Darij expugnatis , Alexandrum:in reliquo apparatu cepisse scrinium vnguentorũ:nec constat quando primũ romæ penetrauerint, Antiocho certe Asiacq; deuictis vrbis anno quingentesimo sexagesimoquinto P. Licinius Crassus, Iulius Cæsar censores edixerunt,ne quis vnguenta venderet exotica, quæ sunt externa, at postea voluptas, vt honestiſſima est admiſſa, adeo vt lini non solum,sed perfundi quidam voluerint. De vnguentis nihil impræsentiarum dicemus:quoniam vnguẽta per os non intrant, nec eorum exhibitio exitialis.

Y

¶ De yerapigra Galeni.

ACcipe Cinnamomi, Masthicis, spicæ, Croci, singulorũ partes æquales, Aloes cicotrini ad duplũ omnium: & potest poni secũdum Galenum septimo therapẽtice, siue Methodi capite. xv. de aloe in triplo omniũ. Est hæc vera medicina sublimis: est enim subtiliatiua, & resoluti ua materierũ malarũ, crassarũ, & viscosarũ, & exiccati ua earũ quæ imbibitæ sunt in poris: & est calefactiua & aperitiua obstructionum, & absersiua. De aloe dictũ est libro primo castigatorum capite. lj.

De Z.

DE zuccaro, siue saccharo rosato diuersi modi dantur, & de violato, & de zinzibere condito. Saccharũ rosatum interdũ fit in forma confectionis solidæ, nõnunquã in modũ conseruæ: sic & saccharũ violatum, & buglossatũ fiunt sicut rosatum: de quibus vide nouos practicantes, & pharmacopolas: sunt enim eius naturæ ex quibus componuntur.

Racemationes D. Symphoriani Campegij in Antidotum Mesuæ, ac Nicolai, super ea quæ in vsu non sunt apud nos, & haud sane a nostris hactenus cognita, & explicata.

¶ Pars prima racemationũ. ¶ Super Adrianum Nicolai quædam haud indiligenter addita.

COmmẽtarios in Antidotariũ Mesuæ, & Nicolai præclara duo nostræ tempestatis excudere ingenia, Christophorus quidẽ de honestis super Antidotarijs: Mesuæ, & Ioannes de sancto amando super Nicolaũ florentinus ille patria, Gallus Belga iste: vterq; medi fidius, si iudiciũ requiras meũ, erudite multa, & fibare, multa ingeniose tum de Latinorũ, tum de Arabũ hausta fontib in medium protulere. Cæterum quoniãvnus alterve nõ omnia nosse põt, animaduertimus nos plura in antidotario Mesuæ, & etiam Nicolaí [quod omni cum modestia dictum velim] tam peruerse posita, q̃ falso [ni fallor] interpretata. Quid enim [vt Platearium interim omiserim nõ multũ insudantẽ] superstitiosa illa Adriani valet explicatio, quã ille ingeniose magis cõminiscitur, q̃ vere? atq; vt omnia demus, qd quæso cõmercij opij thebaici, hyoscyami, Euphorbij cũ opobalsamo, xilobalsamo, carpobalsamo, reuponticо, Costo, malabatro, petro. macedonico, Calamo aromatico, Myrrha, Amomo, & alijs, quæ nec apud Gallos, nec Italos reperiũtur? nisi philosophari altius tunc Christophoro, & platearío, ac Ioãni a sancto amãdo visum fuerit. Quid sordidũ illud ac somniferũ Opiũ ad balsamũ? Quid Euphorbiũ ad myrrhã, & malabathrũ, & costũ? vile est mihi Opiũ, vile Euphorbiũ, non oculis grat? est hyoscyam?. Sed missa hæc omnia sic

cerimus. Quid ad hoc respondebunt? edat si velit Platearius hyoscyamum, & Euphorbiũ. Bibat Ioãnes a sancto amãdo [si placet] Opiũ, quod & Christophorus consulet, sed hæc Campegius nõ sumet: non apud se habebit hyoscyamũ, nec Opiũ. Remittem? igitur Opiũ, Euphorbium, hyoscyamũ, & similes laruas syluestres illas rus vnde venere. Nos vero decoctionem albi papaueris, aut lactucæ succum loco Opij, Mãdragorę, hyoscyami habebimus; & sic vtendum christianis viris, & prudentibus affirmamus.

¶ Super Acharistum Nicolai.

VIx ab Acharisto Nicolai æquo nos patiebamur animo, in quo mehercle Antidoto ingrediuntur Opiũ pestiferũ, elleborus suffocans, ac nostris christianis inexpertus. Itẽ Costus, Myrrha, bdelliũ, Amomũ, Cassia lignea, Calamus aromatic?, xilobalsamus, quæ apud nos nõ habentur, nec a christicolis venũdantur.

¶ Super Athanasiam Nicolai, & aliorum.

EIusdem fere notæ quod de Acharisto, de Athanasia erit dicendum. Est in eo antidoto semẽ hyoscyami, Opiũ super? improbatum, item malabatrum, Myrrha, Costus, nostris incognita. In Athanasia Mesuæ pariter ingrediuntur Opiũ mortiferũ, & capræ cornu adustũ inutile, & se. hyoscyami perniciosum, item myrrha, cost? a nostris icognita. ¶ In Athanasia minori Auicẽnę reperiũtur Costus, Casialignea, Myrrha, de quibus dicitur vt supra, item Opium mortale.

¶ De Nicolai Antamaro.

DE Antamaro Nicolai reijciẽda sunt azarum vomitiuũ, xilobalsamum incognitũ nostris, colochintis excoriatiua, Euphorbiũ comburens, veratrũ pernicioſum, Diagredium stomacho inimicum.

¶ De Antidoto hemagogo.

ABanthidoto hemagogo abijcienda sunt azarũ vomitiuum, Elleborus pernicioſus, Amomus, Myrrha, xilobalsamus, nostris incognita.

¶ De Aniso laxatiuo Nicolai.

AB Aniso laxatiuo reijciendũ est Diagrediũ naturę stomachi cõtrarium, Turbith homines turbans, nostris incognitum, Esula naturæ inimica.

¶ De confectione Alkermes.

EX confectiõe dæmoniaca Alkermes reijciendus est lapis Lazuli venenosus, pictoribus, non medicis vtilis, sed pernicioſus,

¶ De Anacardina confectione, & alijs.

AB Anacardina confectione sunt reijcienda costus incognitus: & a confectione de storace remouenda sunt Opium, semen Hyoscyami, azarũ. ¶ A confectione de manna, & de Eupatorio reijcienda est Scammonea inimica stomacho. ¶ A confectione galliæ muscatæ Cãphora est remouẽda. ¶ A diacosto remouẽda sunt Costꝰ, casia lignea, myrrha incognita, & azarũ vomitiuũ. ¶ A diasulphure reijcienda sunt hyoscyamus, mandragora mortales, item myrrha, & casia lignea tanꝯ, incognita. ¶ Etiã ex Diacucurma reijcienda sunt azarum vomitiuum, myrrha, & casia lignea, Opobalsamũ, Carpobalsamũ, costꝰ tanꝯ incerta. ¶ A diacitonite laxatiuo reijciẽda sunt Scãmonea, & turbith. A diasene remouẽda sunt lapis lazuli venenosus, lapis armenus incognitus, Malabathrum a nostris nõ visum, Elleborus venenosus, Coloquintida vlceratiua, Euphorbium comburens.

¶ Ad D. Carolum a stagno inter nobiles viros elegantissimum.

HAbes mi patrone, vt de teverſiculo colligam vno, Laude maior omni vigilias hasce nostras: ad quas quidem edendas non tam facile animari potuissemus, ni hac visum esset vna nunc mihi dari ratione: qua si non referre tantorum in nos meritorum gratiã videremur, certe tamen habere testaremur: cum ne agendis quidem gratijs satis interim nos esse fateamur. Est certe tuæ domus in nos ea beneficiorum immensa magnitudo, vt nisi animus immensus illa quidem non capiat. Vale, & nos, vt soles, ama.

¶ Medicinarum pernicioſarum vnius ad alterã cõparatio.

¶ Pars secunda Racemationum.

¶ Scammonij ad veratrum, siue elleborum comparatio. Caput primum.

VEratri, siue ellebori, ac Scammonij vires si quis conferre voluerit, eos non solum maliciæ suæ in naturam humanam corrumpendo primarios, sed etiam in brutorum animalium vires dirimendas inueniet, fuisse pares. Est Scãmonio (inquit Dioscorides) vis liquoris, & natura cum mulsa aqua, simplicive aqua per inferna bilem, & pituitam purgare. Purgat & veratrum ingrum superioremventriculũ, pituitam trahens & bilem, trahit menses idem appositum: fœtus in vtero enecat. Scãmonium vero (inquit Dioscorides) etiam fœtus enecat, liquor in lana fœminarũ locis appositus, quinetiã pãnos discutit cũ melle, aut oleo inũctus. Inspergitur

exveratro domos purgationibus aptum existimãtes græci, eamq; ob causam effossuri illud stantes Apollinem, & Esculapium precantur, aquilam identidẽ obseruantes, non sine periculo (vt ferunt) aduolantem: mortem siquidem fodientibus affert auis illa, si nigri veratri succisionem viderit. Celerrime itidẽ succidi (inquit Dioscorides) veratrum oportet: caput enim habitu suo aggrauat: quapropter qui ef fodiunt præsumptis allijs se minuunt, vinũq; bibunt: sic enim tutius effodiunt. ¶ Scãmonium vero (inquit Serapio) fortiter laxat ventrẽ & nocet stomacho, & iecori, & diminuit appetitum cibi, ac inducit nauseã, & anxietatẽ, & ab eo cauere hominibus melius est. ¶ Veratrum album ducit menses, fœtus in vtero appositum enecat, sternutamenta cit: quinetiam melli cũ polenta maceratum mures necat, carnibus concoctũ eas minuit, vt scribit Dioscorides. ¶ In Scãmoniovero (vt Mesues scribit) est ventositas mordicatiua, faciens in ventriculo mordicationẽ, nauseam, subuersionẽ, & ęstuationẽ laboriosam: & insunt ei caliditas, & acuitas: quapropter habile est inflammari: ea de causa facit cadere in febrem, & sitim: & propter eius attractionem quam facit, ac dilatationẽ orificiorum venarum, facit vt cadat in fluxum ventris: quoniam in eo est serositas faciens ad excoriationẽ viscerum: quapropter acutos generat dolores: vt & faciat cadere in dysenteriam, ac tenasmonem.

¶ Euphorbij ad Turbith cõparatio. Capi. ij.

POstquã ad euphorbij, & turbith cõparationẽ deuẽtũ est, ex pharmacijs ac medicinis nullam comperiem? euphorbio calidiorem in operando, velociorem, acutiorẽ, quod ob nimiũ ei? feruorẽ incolę timentes colligũt: excipulas (vt inquit Dioscorides) ex ouillis lotis vẽtriculis factas in arbore suspendentes: tum eminus supra excipulas illas hastilibus eam vulnerãtes: qua percussa, statim veluti ex rupto vase aliquo copiosus profilit in excipulas liquor: in terram aliquando etiam [tantus est impetus] idẽ eiaculat: potus hic feruore suo integrã diẽ vrit. Turbith caliditatẽ ac ariditatẽ habet in tertio ordine calefacientiũ, laxat pituitam, infert debilitatem animi, Abenmesuai teste, debilitat stomachum, & abominationẽ facit: &, vt scribit Mesues, de genere lactiniorũ est turbith: & si Serapio contrarium affirmet: acquirit vsus eius corpori ariditatem, nauseã, ac æstuationem. ¶ Euphorbium sapore, gustuq; nõ facile probatur: propterea q; linguæ semel admotum, permanente ad aliquod tempus feruore, eius linguam adeo incendit, vt euphorbium quodcunq; aliud illi admotũ videatur: oportet enim eos qui euphorbio vtũtur (inquit Dioscorides) carnem circa ossa omnem inditis liniamentis, & cęra munire. De Turbith aliud scribit Serapio, & aliud Mesues. Turbith a Serapione mauritano descriptũ nihil a tripolio differt: nam omnia quæ Serapio de Turbith scribit, ea Dioscorides, ac Plinius tripolio tribuũt. Turbith vero secundũ Mesuen ex genere est habentium lac, Verum Serapionis Turbith, quod idem est cum

tripolio Dioſcoridis,non eſſe Turbith,quo nũc paſſim officinę vtũ
tur,ex eo manifeſtũ ſit,quia radix tripolij odorata eſt: quo vero no
ſtri pharmacopolæ vtuntur,omnino odore caret. Clarum itaq; ex
iam dictis vtroſq; & Serapionem,& Meſuen aberraſſe. Plura ea de
re ſcripſimus libro primo caſtigationum noſtrarum.

¶ Tithymalorum,ſiue lactariæ herbæ ad colocynthã, quã
Coloquintidam pharmacopolæ appellant,comparatio
Caput.iij.

Tithymalum Romani herbã lactariam vocãt:tithymali
(vt ſcribit Dioſcorides) numero ſeptem ſunt genera:
oĩa autem eius genera pernicioſas habẽt poteſtates. Na
tura & vis lacteo eius liquori eſt per inferna aluũ pur
gare,pituitamq;,& bilem trahere. In colligẽdo liquo
re hoc a vento oportet auerſum ſtare hominem qui id
agit:neq; referẽdę ad oculos manus ſunt : & anteq; ad agendũ id ac
cedat,adipe,oleove cum vino corpus vngẽdum eſt, præſertimq; fa
cies,collum,& ſcrotum , exaſperat idem fauces. Colocynthida , quã
aliqui caprinam,qui alexandrinã, qui amaram cucurbitã vocant,no
uitij vero coloquintidã:ipſa pituitã,& bilem trahit. Fœtus[vt inquit
Dioſcorides]in vtero enecat,ventriculo ſiue ſtomacho inimica Colo
cynthis eſt. Et[vt ſcribit Meſues]nocet cordi,ſtomacho,& iecori,&
eſt conturbatiua,ſubuerſiua viſcerum,faciens operationes difficiles,
aperiens orificia venarũ apertione ſanguinem fluere faciente,& exo
riat vias vrinæ. Tithymalium vero & maxime liquor[inquit Dio
ſcorides]depilat capillum ex oleo in ſole inunctũ verrucas,thymos,
clauos,& cõdylomata,impetiginesq;,in quẽ vſum mala hæc eo in
unguntur:quinetiã piſces hærba enecat tuſa,& aquæ miſta:nec mi
nus omnes ſeptem prædictæ ſpecies tithymaliũ idipſum poſſunt:vir
tus tithymaliũ prima calida,& arida ĩ mãſiõe quarta:& vt Razes ſcri
bit,Tithymaliũ ſpecies omnes adurunt,& ventrem ſoluunt,ac nau
ſeam efficiũt,corpuſq; vlcerãt, ¶ Colocyntha[inqt Meſues]& maxi
quæ non eſt cõpleta,& matura contriſtat ſuſcipiẽtẽ illam,& ventoſi
tatem cum difficultate facit:quapropter ſoluit ſuperabundãter,& ſo
lutiõe educit ſanguinẽ,& quã doq; interficit:& ſi in arbore naſcatur
ſola colocyntha,erit pernicioſa,ac venenũ pernitioſum:eſt enim cõ
poſita ex partib⁹ terreis,& igneis,ac aduſtis,& attractiua a remotis
partibus,& reſolutiua,abſterſiua,& inciſiua plurimũ. Tithymalis ve
ro[vt Galen⁹. viij. ſimpliciũ ſcribit]calida eſt, & arida in quarto ord
dine:laxat pituitã,ac flauã bilẽ,& vomitũ prouocat:omnes enim eã
ſpecies acrem,& calidam habẽt virtutem.

¶ Mandragoræ ad Opium comparatio
Caput.iiij.

Mandragoras alter mas,alter fœmina:niger fœmina,minoribus
tñ,anguſtioribuſq; & lactuca foliis, ijſdemq; viroſis,& in odo
re grauibus,per terram ſparſis:ſecundumq; folia pomis ouorum vil
tellis æqualibus,pallidis,odoratis,in quibus ſemen quale pirorum

eſt. Maris vero & cãdidi[quem morion aliqui etiam vocauerũt]po
ma duplo & fœminæ maiora,luteo colore croci cum grauitate aliqua
odorata:potus obolorum duorum pondere[inquit Dioſcorides]cũ
mulſa aqua Mandragoræ liquor pituitã,nigramq; bilem veratri mo
do vomitionibus purgat:maiore tamen copia potus mortem facit:p
ſe ſemioboli pondere appoſitus mẽſes & fœtus trahit, ſomnum facit
ſedi pro balano ſubditus. Potũ papaueris liquorẽ[vt ſcribit Dioſcori
des]qui opium eſt cũ perfrictione,pruriginęq; adeo valida ſopor ſe
quitur,vt ſæpenumero inualeſcente veneno tanta fiat prurigo,vt qui
id hauſerit , ea vexatione excitetur : redditur præterea toto corpore
opij odor. ¶ Sequuntur hauſtã mandragorã & primũ(vt idẽ ſcribit
Dioſcorides)ſopor,languor,& inexpugnabilis ſomni neceſſitas,ni
hil a morbo qui lethargus dicitur,differens. Numerantur a Nican
dro in opij potu præter perfrictiones ſoporem,languorem,prurigi
nem,& toto corpore opij odorem,notæ aliæ plures:pallida facies,la
brorũ igneus color,exigua & frigida reſpiratio,liueſcentes vngues,
diſtortæ nares,& cõcaui oculi vna cũ ſudore,veluti ex labore euapo
rari. Et qd⁹ cornutũ papauer dr̃ ĩ cibo potuve ſũ ptũ eoſdẽ opio euẽt⁹
afferẽs ijſdẽ remedijs curat. Sopit & primũ malo ſomno hoiem man
dragoras. Ferũt & alterũ(inqt Dioſcorides)eſſe mãdragorã,quẽ mo
rion dicunt,in vmbroſis naſcentem, & circa antra eam dicunt potam
drachmæ pondere,aut cum polenta in obſonio,placentave ſumptã,
fatuitatem[quam moroſin dicũt]facere. Dormit enim qui eam ede
rit,ſicut erat eã comedens omni ſenſu tribus,quatuorve horis ex quo
eam hauſit carens:vtuntur & hoc medici ſecturi,vſturive aliquid. Fe
runt præterea antidotũ eſſe radicẽ cum furioſo ſolano potam. ¶ Ex
ſucco papaueris fit opium, habens per ſomnum vim,ſi copioſius[in
quit Auicenna ſumatur]mortiferam. Menſidenus quidem dixit q⁹
iuamentum opij eſt ſolum in odore , faciens dormire: in omnibus
aliis vſus eius eſt malus, & periculoſus valde : eſt enim frigidum in
quarto ordine,aridũ vero in primo. ¶ Mandragora[vt ſcribit Auicẽ
na]ſomnũ prouocat: & quando ponit in vino,vehementer inebriat:
multuſq; vſus eius,& odoramentum faciunt apoplexiam,ac hominẽ
attonitum reddunt.

¶ Iuſquiami ad ſolanũ furioſum cõparatio. Ca.v.

Solanum furioſum Romani appellant,nos vero morellam,ſiue ſo
latrum. Erucæ folio ſolanum hoc eſt,maiore tñ:poteſt radix eius
drachmæ pondere in vino pota non illepidas rerum ſpecies,& ima
gines varias animo & menti repræſentare:duplicatum id pondus in
triduum Ecſtaſin facit:perimũt autem quatuor drachmæ,vt Dioſco
rides ſcribit. ¶ Iuſquami,vt ſcribit Dioſcorides,tres ſunt ſpecies : vna
habet purpureos flores,ſemen vero nigrum:Alia vero florem colo
ris mellis:& ſemen eius ad rubedinem tendit. Tertia ſpecies minus
periculoſa:folia habet pinguia,humiditate plena:& habet ſemen al
bum:ea autem quæ ſemen habet nigrum,pernicioſa eſt. Et [vt Razes

scribit) omnes Iusquiami species inebriant & stuporem faciunt: deterrius tamen nigrum iudicatur, quia interficit. Tritum autem Iusquiamum atq; apostematibus calidis suppositū destruit sensum. ¶ Deserit ipsit solanū furiosum Theophrastus a furore quē facit, manicon vocauit. Datur bibendum drachmæ pondere, si quis per iocum efficere voluerit, vt pulcherrimus sibi videatur, qui biberit. Si vero furere adhuc magis hominem, visaq; aliqua animo eius obuersari, duarū drachmarum: & si ne furor desinat, trium: & [vt aiunt] centaurium adde. miscere: postremo si hominem perimere, quatuor. Iusquiamus (si liquidoro fides adhibēda sit.) insana vocet: nā ei⁹ vsus pnicios⁹ est: si eī bibatur vel comedat, insaniā facit: et somni turbidam imaginē: quapropter non vtatur quis iusquiamo, quia non est iuuamentū in illo: sed vt plurimum occidit: minus autem nocet qui semē habet album.

¶ Cicutæ ad Camphoram comparatio caput. vj.

Icuta venenum est publica Athenienſium pœna, semen habet noxiū, folia coriandri, tenuiora tamē, grauiq; odoratu: semini & folijs refrigeratoria vis, quæ si necat aliquos, incipiunt algere ab corporum extremitatib⁹. Remedio est, priusquā ad vitalia perueniat, vini natura excalefactoria. Auxerūt profecto cicutæ famam Athenienses succo eius ad mortem publicis in iudicijs, ac capitalib⁹ quidē eo vtētes. ¶ Camphora [vt Razes scribit] frigida & subtilis: & qui vtitur ea, incurrit vigilias: & si sumat, infrigidat renes, & vesicā: & generat ægritudines frigidas: & [vt inquit Mesean] frigida est, & arida in tertio ordine: & [vt scribit Auicēna] vsus ei⁹ facit canicie: plurimum adulteratur per alchimiam ex distillatiōe vernicis, & est in odore similis camphoræ: quapropter raro, aut nunq; a pharmacopolis nostris venūdatur vera cāphora: sed oīs cāphora quæ apud Seplasiarios repit adulterata est per alchimiam. ¶ Cicuta hærba lætifera, & malefica: vñ quidā Græcorum Amauralin vocitarunt ab effectu quidem maleficij: quoniam ea vox minuēdo, extenuandoq; perimat: frigiditate enim sua sensum extinguit: eoq; extincto, minuuntur sensus. Affert eius succus caligi nem oculis, & capiti vertiginem, singultus itidem, mentis alienationem, perfrictionem extremarum partium corporum, postremo convulsionem: strangulantur qui cicutam hauserint, cessante a motu oī in arterijs spiritu. ¶ Cāphora [vt scribit Isaac] defertur ex regionibus faffella, & ex regione calca: & est gummi nascens in partibus illis. ¶ Sunt Camphoræ plures species secūdum regiones in quib⁹ nascitur: & clarificatur per sublimationē, & ægreditur alba, & eius vis accelerat canos. Quidā [vt inquit Mesarugias] sumpserunt ex camphora aureos. vj. in trib⁹ vicibus, & debilitatus est ita ventriculus stomachi, vt non posset cibum digerere. Si de vera & naturali camphora talia dicta sunt, quid de adultera, & sophisticata, qua omnes pharmacopolæ vtuntur, dicēdum venit? nisi & relinquamus talem alchimistis, qui ex aere & fumō aurum cōficiunt, quemadmodum exvernice camphoram, & ex marmore iacinthum, saphirum, ac topasium, gemmas pretiosissimas.

¶ Cucumeris syluestris seu elaterij ad esulam, & cataputiam comparatio. Caput. vij.

Vnt qui elaterion, qui erraticū & syluestrem cucumerem vocant: solo fructu a satiuo cucumere differt, quē longe minorem oblongis glandibus simile fert: nascitur in sabulosis locis: pituitam, & bilem eius succus purgat per inferna pariter & superna. ¶ Esula vero est ex speciebus habentium lac, & est (inquit Mesues) solutiuum rusticorum: recens vero est mala: nigra vero pernicioſa, nocet cordi, iocinori, & stomacho, & disrumpit venas, & excoriat viscera, derelinquens inflammationes, faciens cadere in febres: solutione educit pituitam, ac aquam citrinam, humoresq; ex atra bili genitos. ¶ Cataputia calida est in tertio ordine, humida vero in primo, pituitam purgat, secundo bilem flauam, tertio atram. Cataputiæ fructus [inquit Galenus] absterſiuam, & dyaforeticam habet virtutem: ita etiam & flos, sed quodam modo debiliorem. Triginta eius grana si bibantur & terantur, flauam bilem, atq; pituitam, ac aquosas humiditates purgant, & vomitum, & fluxum ventris faciunt: & laxant stomachum fortī attractione, prouocantq; nauseam, ac vomitum. ¶ Ducit & elaterium [inquit Dioscorides] menses: & fœtus in vtero necat appositum. Est elaterium [vt scribit Habix] acutum multo plus quàm colocinthis, & amarum plus ea. ¶ De mezereon quæ græcis Chamelea vocatur, quam inter lacticiniorum genera posuerunt Auicenna, Mesues, Serapio, ac Arabes fere omnes: multaq; huic quæ chameleoni debentur (nominis vicinitate decepti) tribuunt, nihil dicemus impræsentiarum: nam apud nos in vsu non est. ¶ De laureola quam Daphnoidem Dioscorides appellat, quæ ducit per inferna pituitam, & vomitiones, idem & menses cit, ob eius venenositatem, & malitiam relinquamus. Nostræ ætatis peritiores hærbarij hanc priuatim laureolam vocant, ostenduntq; laurinis folijs surgentem a terra similem.

Esulæ proprietas.

Quid mezereon.

De laureola.

¶ Ad lectorem exhortatio Campegiana.

Frequenter mihi in peregrinationibus accidit Lector amantissime, vt aut propter meam, aut propter meorum infirmitatem, varias fraudes medicorum Arabū doctrinam sequentium experirer, quibusdā vilissima remedia Scammonij, colocynthidis, turbith, azari, ac

Medicorū Arabum fraudes.

aliarum pernicioſarum medicinarum ingentibus precijs vendẽtib⁹: alijs eas curare neſcientibus, cupiditatis cauſa ſuſcipientib⁹. Quoſdã vero de Arabum ſecta comperi hoc genere Scammonij graſſari in lãguores, qui poſſent cum rheubarbaro, agarico, caſiafiſtula, mãna, alijſq; benedictis pharmacis paucis diebus, vel etiam horis repelli: vt in longum tempus non abſcq; ægri periculo ægritudinem protrahẽrent: & ægros ſuos diu in reditu haberent, ſenioreſcq; ipſis morbis exiſterent: quapropter neceſſarium mihi viſum eſt vndiq; valitudinis auxilia conſtruere, & velut breuiarium officinam noſtram colligere: vti [quocũcq; veniſſem] poſſem huiuſmodi Scãmonij, turbith, ac colocynthidis medicinas perniciofas, & earum inſidias vitare: & hac fiducia ex hoc tempore iter ingredi: vt ſciam, ſi quis mihi languor inciderit, non facturos illos Pœnos, ac Arabes ad me aditum, nec capturos occaſionem. Ante omnia autem puto in promptu habenda quæ ſubito deſyderata difficillima videntur, ſicut mel, caſiafiſtula, oleum cõmune, agaricus, quod ſi ad manũ non fuerint, accipe violariam hærbam, maluam, paritariam, boraginem, quæ celerrime inueniri poſſunt: & ſi forte curatio exegerit rheubarbarum, pruna, caſiam, agaricum, & ſimiles: hæc enim ſunt pharmaca, quę maxime vir prudens, ac ſapiens medicus apud ſe habere debet. Scammonium, lapidem lazuli, armenum, tithimallium genera ſeptem, veratrum, colocyntham, turbith, ſolanum, eſulam, laureolam, opium, mandragoram, camphoram Alchimiſtarum, vna cum iuſquiamo, & euphorbio tanq; venena, baſiliſcum, crocodilum, ſalamandram, ac viperam, & maraſcum fugiat. Cæterum ne mirentur ſtudioſi, & hi maxime qui nihil niſi eleganter dictatum audire patiuntur: me paſſim barbaros citando barbara eorundem dictiõe vſum: id enim non ſine cauſa a me factum ſciant: nam mihi volenti Razem, Alpharabium, Serapionem, Meſuen, Auicennam, cæteroſq; barbaros refellere, licitum etiam eſſe arbitratus ſum his vti vocabulis, quibus ipſi in ſuis libris vtũtur: ne ſi aliter q; ipſi fuero locutus, non tam videar latinitatem affect aſſe, quantum verborum ſtudio bonos authores oppugnare tentaſſe, ac per calumniam reprehẽdiſſe. Adde quòd eorundẽ verba referendo, neq; diligentiam, neq; fidem in me deſyderare poſſint aduerſarij. Præterea Hippocratis, at Galeni, Pauliq; teſtimonijs ſi quando vſus ſum, aliquãdo & id plurimũ iuxta barbaræ editionis capita vſus ſum: idq; ideo, vt hoc quoq; pacto ſatisfierẽt ijs, qui noua ac latina carent. Proinde caueant Medicæ profeſſionis ſtudioſi, ne propter Arabum ac Pœnorum ignorantiam in re medica hallucinentur, ac eius ignorãtiæ nulla alia cauſa, niſi quòd a Græcis ad Arabũ, Barbarorũq; lupanaria defecimus. Cum itaq; hi qui Arabum placita ſectantur in magna caligine rerum verſentur, facileq; infinitis errorum nexibus implicentur: cogitent ſtudioſi, vt a fontibus potius Græcis, q; Arabum lacunis medicinam hauriant. Quod autem obijciunt, nihil nos proferre poſſe ex noſtris terris, quod ga-
lango, gariophilis, calamo aromatico æqualiter confortet, ac cale-

Arabum medicorũ errores.

Propter quid officinam cõpoſuerit.

Medicinę benedictę quæ ſunt.

Medicinę venenoſæ veratrũ. colochynta. Turbith. Solanũ. Eſula. Laureola. Opium. Mandragora. Camphora.

Refellit barbaros.

A quibus ſit cauendum.

Arabum placita.

faciat: id reſpõdemus, noſtra culpa fieri, qui hoc ignoramus: verum id palatum noſtrum non fert: quia non titillat, quod non ex Arabia, aut India aſportatũ: ergo damnas tu, fortaſſe obijciet ex illis aliquis, magiſtralcs illas compoſitiones Auicennæ, Meſuæ, Serapionis, ex quibus omnes morbos promuntur medicaminaq; bona verba: Scriptores non damno, niſi quantum inepte latine nobis redditi ſunt: & periculum eſt ob hanc rem quod in multis cum periculo eos imitemur: ſed neq; vllius quoq; mercem damno, ſed aio, ſuis ſæculis ſcripſiſſe, ſuæ etiam genti: Arabes arabibus, barbaros barbaris: idq; in ſuo etiam cæli climate. Nec mirꝰ vrtica vrit, ſiccat, ac pellit in noſtro climate, q; apud Arabes, & remotiſſimos Indos. Sileo quod alia ſæcula ſunt. Deinde quod in Gallia celtica agimus, non in Arabia, aut Ægypto, non in India: quas nationes conſtat aliam temperiẽ, aliud cælum, alium item cæli aſpectum habere. Habeant qui ditiores ſunt ſua aromata, ſuum moſchum, balſamũ, amomum, ambram, lignum aloen, quin ſi volent, vniones etiam vorent, & gemmas, vt Cleopatra: quæ multis aureorum milibus conſtent, modo non inuideant pauperibns ſuam vindemiam, id eſt roſmarinũ, laurum, hyſſopum, maioranam, myrthum, bugloſſum, plantaginẽ, & vel pinum etiam, aut quercum, & viliſſima camporum gramina.

Compoſitiones magiſtrales dãnatæ.

Barbari barbaris ſcripſere.

Aliæ medicinæ Gallis cõueniunt, aliæ vero Ægyptijs

Finis officinæ.

De varijs a virtute aut vitio impositis appellatiõibus ad dominũ Symphorianũ Camperiũ Sebastiani Coppini Mollioſionieñ. Carmen.

Contulit æthereo manans de ſemine virtus
Et ſcelus e ſtygio nomina plura Ioue.
Regia fatidicus dum ſomnia pandit Ioſeph,
Abſtruſæ inuentor dicitur eſſe rei.
Quem leuis infauſto preſſit Rhamnuſia fine,
Iob patiens toto dictus in orbe fuit.
Et morata ſuis ſapiens qui dogmata chartis
Prompſit cecropijs doctior arte viris.
Sic ſatus Alphæo grato cognomine ſanctus
Qui nunq̃ lauit corniger ora deus.
Geſtaq̃ fecerunt regem ſcelerata ſuperbum,
Qui fuit eximia pulſus ab vrbe miſer.
Qui domuit magno fortes molimine cimbros
Tertius arpinas conditor vrbis adeſt.
Sic cunctatorem fecit prudentia Quintum,
Marcellum gladij nomine Roma vocat.
Lucullum priſci xerxem dixere togatum,
Qui valida fregit pontica ſcæptra manu.
Imperioſus erat romana Manlius vrbe:
Et patriæ primus Tullius ipſe pater.
Cælica Pompeius magni cognomina virtus
Cui dedit, auſpicio Cæſaris occubuit.
Non opus in medium eſt ſiculos reuocare tyrannos,
Reſpondent factis nomina ſæpe ſuis.
Quæ ſuperant argi centenos luminis orbes
Dotibus eueniunt nomina clara tuis.

Antidotarius Dñi Symphoriani Cãpegij Lotharingorum Archiatri in treis partitus libros.

Primus experimentorum, ad uarios morbos curandos.
Secundus ſecretorum, ad diuerſas ægritudines.
Tertius Heroum, ac Regum illuſtrium pilularium inſcribitur, Opus tum propter morborũ curationem, tum propter rei nouitatem, ac antiquorũ authoritatẽ perutile.

Humanissimo & undecunq; doctissimo viro Dño Martino Achaquiæ Apollineæ artis ꝓfessori meritissimo, Gymnasijq; Parisiensis Doctori disertissimo Symphorianus Campegius Lotharingorum Archiatrus S. P. D.

CItasti me prior beneuolẽtia Martine Medicorum doctissime, qui antea cũ ullã tecũ habuerim consuetudinem Vir & doctrina, & Virtutibus insignis, nepotẽ meũ Ioannem Campegiũ reuerendissimi D. Cardinalis a Turnone Medicũ, in amicitiæ tuæ aleam inuitasti. Ego autẽ cũ in amore non respondere longe ab homine alienũ, planecq; nefas esse existimauerim, duxi isto Antidotario nostro, in quo antiquorũ secreta, ac experimenta pertractãtur, munusculo tuũ arctius erga meũ, ac nepotẽ amorẽ detinere: quod apud te & tantisper nostri erga te amoris pignus habueris, quoad maiora tibi procuderimus, quæ clarissimis tuis cõgruant honoribus. Hic antiquorũ philosophorũ, ac medicorũ citãtur antidota: ut sunt Sorani, Asclepiadis, Erophili, Chrysippi, Dioclis, Demetrij, Galeni, Erasistrati, Empedoclis, Apollonij, Democriti, Heraclidis, Praxagorę, Philotimi, Themisonis, Proculi, Parmenidis, Thessali, Triphonis, & Nicãdri,

Nõ tñ ea ad historię fidẽ scribimus, sed ad morbos hoĩm ꝓpellẽdos: nec quales morbi ab ipsis philosophis curati fuerĩt: sed quales, & quõ curari ab eis debuerint: ut ita sub ipsis philosophis, instõne, ac exẽplo optimũ curãdi gen⁹ luculẽter exꝑssum esse dispicia mus: ut quẽadmodũ Xenophõ amœno ingenio clarus, Græcęq; facũdię columẽ Pædiã Cyri cõposuit: quã tãtopẽ ꝓbabat African⁹, ut eã semꝑ haberet in manib⁹: quã M. Tullius legẽdo cõtriuit: qua Cyrus ille Persarũ rex nõ ad historię fidem scribit, sed ad perfecti ĩperatoris effigiẽ: nec qualis fuerit, sed qualis eẽ debuerit: ita sub Cyri instõne ac exẽplo optimũ regię administratiõis genus luculẽter exꝑssum esse dispiciam⁹. Antidotariũ ergo nostrũ legito, quẽ nuperrime aliquotq; alia uolumina nõ indiligẽter emẽdata tradidi Ioãni Crispino Bibliopolę pariter, & impꝛssori elegãtissimo excusoria incude formãda: ut ea sub tuo noĩe tibi peculiariter dicata inuulgarentur. Mi Martine uale, & qcqd est munusculi, hilari uultu suscipito, & læta fronte perlegito. Viue & uale, & nos symphoniace ames.

Antidotarij Liber primus Domini Symphoriani Campegij experimenta sublimia ad uarios curandos morbos, uarijs philosophorum authoritatibus illustrata.

Liber primus.

¶ Sorani experimentum. Quartanarijs.

Soranus natione fuit Ephesius Traiani, & Erodiani, & Galeni tpib⁹ etiã vixit, scripsit libros pharmacorũ.

Orani syrupus quo quartanarij oẽs curari possunt. Accipe radicum feniculi, petroselini, apij, bruscí, sparagi, singulorũ manipulos duos, Camedreos, lingue ceruinæ, campitheos, singulorũ manipulũ vnũ, ameos, carui, capparis, singulorũ vnciam dimidiã, cuscutæ drachmas. iij. sandalorũ, rosarum, singulorũ drachmas. ij. succi boraginis libram semis, sacchari quod sufficit: fiat syrupus de quo sumat oñi mane vsq; ad octo dies: postea siqua digestio appareat in lotio, phlebotoma de vtraq; salua tella manus, quæ est inter digitũ paruũ, & anularẽ: & euacuet cruor ꝑm discretionẽ boni ac docti medici, & tenorem virtutis. ¶ Succus plãtaginis minoris si cũ mulsa detur duab⁹ horis ante paradoxismũ quartanario, miraberis effectũ eius, & eũ sum expertus. Vlteriꝰ dicit experiẽtia propria, quod si semen hypericonis cõtundat, & cũ vino detur in potu quartanario ante paroxismũ curat quartanam.

¶ Asclepiadis experimentũ ad amphimerinam febrem quam cotidianam vocant.

Asclepiades prusiẽsi, magis eloquẽtiæ q̃ medendi fretꝰ auxilio nonnam (explosa veteri) medicinã inuenit.

Ccipe milij solis vnciã dimidiã, puluerisa, & decoque cum vncijs tribus vini albi, & bibat ante paroxismũ hora vna per tres dies. ¶ Item valet tale experimẽtũ. Accipe pastularum mũdatarum, fumiterræ, bedegar, eupatorij, radicis apij, corticis radicum feniculi, capilli veneris, anisi, masthicis, lupuli, singulorũ vnciã vnam: coquantur perfecte, & de hac coctione fumatur omni mane vsq; ad vncias tres: post vero multos dies faciebat decoctionem solutiuam cum myrobalanis citrinis: & valet etiam in quartana, sed tũc debet fieri decoctio cũ myrobalanis indis, & kebulis, & in cotidianis cum citrinis & kebulis.

¶ Erophili experimentum in causonide. Qua cucurbite assatæ in furno sedat sitim, si detur cũ saccharo, & lenit vẽtrem: sit autẽ dozis aquæ ab vncijs quatuor ad sex. Portulaca mirifice febrem causonicam tollit, si teratur cum farina hordei, & misceatur, & stomacho, & hyppocundrijs applicetur. Eosdem autem feruores, quantũcunq; sint magni, tollit psillium, si in aqua die vna infundatur, & bibat drachmas duas cum saccharo, vel iulep violato. Valet & centaurea pistata, & potui data ante paroxismum cum aqua scariolæ, siue endiuiæ.

Erophilus oẽs ante se quas dãnauit, in multos grauicos pulsu ætatũ gradus.

¶ Chrysippi electuarium expertum ad tussim. Accipe seminis lini, passularum mundatarum, singulorum vncias tres semis, amigdalarum mundatarum & mararum & dulcium, granorũ pini, singulorũ vncias duas, auellanarum assatarum, yreos, terebẽtinæ electæ, singulorum drach. iij. thuris albi, masthicis, croci, singulorũ drachmam. j. & semis: terantur, & fiant trocisci cum lacte capræ, & postea exiccẽtur, demum terantur: & cum melle fiat electuarium. dozis drachma. j. in mane cum modico vini subtilis, & in sero, dum in lectum descendit, teneat in ore parum. ¶ Si autem cum tussi sit fluxus a cerebro, vtatur tali puluere. Accipe boliarmeni, spodij, gummi Arabici, mirtilorum, singulorum vnciam dimidiam: & fiat puluis: detur mane, & sero ante pastum vsq; ad drachmas tres omni die.

Chrysippus phũs & medicꝰ Hippocratis & Prosapie plane dici prius mus mutauit tue quadã (in quit Plinius) gaterulitate.

¶ Dioclis experimentum, & est secretum in asthmate.

Ccipe hyssopi siccæ, ocymi, capilliueneris, prassij, liquiritiæ rasæ, singulorum drachmas. vj. coquantur in aqua quantum sufficit vsq; ad consumptionem medietatis: deinde coletur, & infundatur desuper mellis colclear vnum, & sumatur in potu omni mane. ¶ Ad difficile asthma detur ex bolo armeno: non febriẽti cum vino moderate diluto, febrienti cum vino valde diluto aqua: & qui hac medicina non curatur, alia vero non curabitur: bolus armenus hoc non habet a qualitate non manifesta, cum sit frigidus & siccus, & sit constrictiuus potius q̃ dilatatiuus: sed hoc a proprietate habet, quam abditam nostri vocant.

Dioclesca ristius fuit Hebraicæ medicinæ sectator: scripsit epistolã de bona valetudine ad Antigonũ: citant hunc alioquotiens Plutarchus, Plinius, & Galenus.

¶ Galeni secretum in sputo sanguinis, & congelatione ipsius in pectore.

Ccipe succi prassij vncias. vj. vini albi odoriferi vnciam. j. coquantur vsq; ad consumptionem duarum partium: postea addatur mellis vncia vna, buliant lento igne vsq; ad spissitudinem mellis: postea superadde puluerem harum specie

Galenus philosophꝰ ac me

dic? singu rum. Accipe piperis electi, thuris albi, singulorũ drachmam vnam, laris, ac misceantur: da coclear vnum in ieiunio lambendo. ¶ Ad sanguinẽ celeberri⁹ collectum in pectore ex vulnere, vel ruptura venæ est tale secretũ. mus Pergami est bi⁹æ, & optimo vino: & postea extrahatur succ?: & detur calid? ad nat? Marci, & commodi, ac Pertinacis imperatorũ tẽporibus. Demetrij duo fuerũt: vnus Attaleus, alter Appameus: erophili hæreticos hic sectator fuit. Iste libros aliquot interiorum posteritati dedit.

bibendũ: est enim secretum quo vtebatur medicus quidam celeberrimus.

¶ Demetrij Appamei experimentum in phthisi.

ACcipe granorum pini recentium: tere, & cum rob & melle dispumato quousq; ad mellis substantiam reducatur, & propinetur ex eo dissoluto cum aqua calida vsq; ad drachmas tres, aut lambatur ad modum looth. ¶ Concordati sunt omnes antiqui in bolo armeno, quod ipse sumptus in potu est exiccans vlcera pulmonis: & ita non tussiunt: dum modo nõ in dieta errent. Idem operatur electuarium factum ex baccis lauri cum melle. Itẽ betonica mista cũ melle more electuarij sumpta valet in phthisi.

¶ Demetrij Attalei experimentum ad tremorem cordis.

ACcipe puluerís coralorum rubeorum, croci, singulorum scrupulum vnum, cum vino aromatico bibat: statim enim liberat patientem. ¶ Item curat acetositas citri tremorem cordis calidi: idem facit puluis coriandorum cum aqua bugloſſe. ¶ Item mellissa idem facit ieiuno stomacho comesta a tota⁹ prietate: margaritæ etiam conferunt plurimum.

¶ Erasistrati syrupus ad vocis asperitatem vocẽ clarificans.

Erasistratus chiusrationalis sectę post Hippocratem sectator fuit Aristotelis filia genit⁹, vt placet Sudæ. Empedocles post

CVm vox deficit ex catarro, vtatur tali syrupo. Accipe endiuię, siue scariolę, capillorũ ueneris, bruſci, sparagi, passularum, liquiritiæ rasæ, epithimi, amigdalarũ dulcium, singulorũ vnciam .j. seminis anisi, feniculi, hyssopi siccæ, singulorũ drachmas duas, seminis malvæ, dactylorum pinguium, singulorum vnciam dimidiam: coquantur oĩa in libris .ij. aquæ vsq; ad consumptionẽ medietatis: & cũ saccharo, & melle dispumato q⁹ sufficit fiat syrupus. capiat cl mane & sero horis duab⁹ ante pastũ. ¶ Itẽ scilla, seu squilla bulita cũ melle valet. Item allium qualitercũq; comestum vocem clarificat.

¶ Empedoclis vinum artificiale, & laxatiuũ confortãs stomachũ, sensus omnes exacuit, bonũ colorẽ facit & oris odorẽ bonum, ac tremorem cordis curat.

ACcipe myrobalanorum omnium vnciam vnam, pistentur: deinde accipe lib. viij. vel decem vini rubei odoriferi, & deijciatur desuper, & buliant diu: postea accipe masthicis, cinnamomi, singulorum vnciã vnam, macis drachmam vnam cum dimidia, galangæ vnciam vnam: misceantur oĩa simul pistãdo, & stent per dies octo, & vtatur in mane: dozis est vnciæ .viij. Machaonẽ, & Podalyrium medicinã primus exercuit.

¶ Apollonij Citiensis experimentum in singultu ex repletione.

ACcipe succi aneti vnciam vnam cum dimidia, cimini drachmã vnam, bibat ieiuno stomacho. ¶ Item valet serpillum cum vino bibitum: & si sit phlegmaticus singultus, semen rutæ valet, si bibat cum vino drachmam vnam semis, tollit etiam fortes imaginationes subito impressas: valet & in difficultate anhelitus, quando accidit suffocatio. Apollonij tres fuerunt serapiõis sectatores.

¶ Apollonij Memphitici experimentum in dolore stomachi.

ACcipe puluerís corallorum rubeorũ scrupulũ vnum, puluerís interioris pelliculæ stomachi gallinę drachmã semis, succi aneti in aqua cocti vnciam vnam semis, misce, capiat calide in mane, valet etiam si fuerit cum nausea & singultu. ¶ Et si fuerit dolor ventosus, accipe extremitatũ absynthij partem vnam, siseleos, spicæ celticæ singulorum partem dimidiam: & coquantur in aqua, & bibat calide in mane. Celsus duos ponit apolonios, patrem & filium.

¶ Apollonij Glaucij secretum in oppillatione siue obstructione hepatis.

ACcipe farinę lentium excorticatarũ coclear vnũ, aquæ feniculi vncias duas, vrinæ infantis non polluti vnciã vnã: misce, & quolibet mane bibat, valet etiã in obstructione splenis. ¶ Semẽ cuscutæ est ex melioribus medicinis, & fortioribus rebus in aperiẽdo venas paruas & magnas, si cum saccharo administretur. Cubebe & etiam rubea tinctorum, & centaurea minor proprietatem mirabilẽ habent in deoppillando hepar. galen⁹ ĩ libro sectarum citat hũc Apollonium.

¶ Democriti Abderitæ experimentum ad morbum regium, siue ictericum. Celsus in vj. lib. Democriti di

scipul⁹ (vt celsus scribit) fuit Hippocratis & arte, & facūdia in fignis.

ACcipe: Seminis rosmarini, pulueris piperis, singulorum scrupulum dimidium, succi pentaphyllonis vnciam vnam cum dimidia, vini optimi vncias duas cum dimidia, succi foliorū rasc̄ous vir dies. ¶ Ad viramq; icteritiam bibat treis aureos panis porcini, ideſt buchormarien cū mellicrato, aut vino permixto aqua, & sanabitur: sed patiens pannis cooperiatur, & sudet quantum poterit.

¶ Heraclidis Tarentini experimentū ad hydropem.

Heraclides tarētinus libros scripsit, vt scribit Galenus lib. vj. de locis affectis.

ACcipe radicis ebuli, foliorum, & radicum vmbilici veneris, singulorum vnciam vnam cum dimidia: decoquātur in lib. iij. vini vsq; ad cōsumptionem medię partis: & exprimatur: & ex tali decoctione bibat singulis matutinis vncias duas calide per multos dies. ¶ Valet & succus plātaginis decoctus ad mensuram dietatem: & deinde detur singulis diebus, & sic curabitur, si causa fuerit calida.

¶ Praxagoræ experimentum in dolore hepatis.

Praxagoras discipulū excellentissimū philotiniū habuit.

ACcipe Rhabarbari electi drachmas. iiij. seminis apij, absynthij, assari, singulorum scrupulum vnum & semis, amigdalarum amararum drachmam. j. semis: fiāt trociſci, quorum quilibet sit de drachma. j. semis: da mane & sero vnum cum decoctiōe absynthij calide. ¶ Ad apostemata dura hepatis ficus siccæ cum subtiliatiuis multum conferunt. ¶ Valet & ad dolores hepatis intraneos betonica bibita cum aqua, idem facit gentiana, quando de ipsa bibitur vsq; ad drachmas duas.

¶ Philotimi experimentum ad oppillationem & duritiem splenis.

Philotimꝰ praxagorę discipulus lōge tamē doctior p̄ceptore suo.

ACcipe radicis ebuli vncias. iiij. ficuum siccarū vncias duas, succi ciclaminis vnciam vnam: decoquantur in lib. iiij. aquæ vsq; ad consumptionem duarum partium, & exprimantur, & ex illa decoctione bibat singulis matutinis calide, & perfecte curabitur. ¶ Item rami, lilij si cum aceto coquantur, & bibantur conferunt plurimum.

Themiſon auditor asclepiadis primus q; thessalo fundamenta secit insaniæ suæ.

¶ Themisonis secretum ad rhenum dolores.

ACcipe seminis dauci conquassati vnciam dimidiam, seminis peoniæ drachmas treis, radicis sparagi vnciam vnam, cum vino elixentur: & ex decoctione illa bibat, & sedabitur dolor. Item vnguentum factum ex radice caltatrapæ, siue ancolæ cum cæra, & oleo valde est vtile. ¶ Si autem dolor rhenum foret a causa

calida simpliciter, valeret decoctio semperuiuæ cum syrupo capillorū veneris, est enim valde frigida: ideo debet dari cum prudentia; est tamen eius operatio mirabilis in caliditate rhenum.

¶ Proculi experimentum ad frangendum lapidem rhenum.

Proculus citat a scribonio, largo, & celso.

ACcipe radicum sparagi, pimpinellæ, maluæ campestris, singulorum vncias duas: bulliant in duabus lib. aquæ vsq; ad consumptionem medietatis aquæ: si ex hac decoctione bibat omni mane vncias. iiij. frangetur lapis in rhenibus. ¶ Ad idem valet tale electuarium. Accipe seminis feniculi, apij, anisi, meu, asari, gentianæ, succi marrubrij, yreos, camedreos, singulorum vnciam semis, zinziberis, carui, florum camomillę, cinnamomi, dauci, spicę, singulorum drachmas. ij. mellis quod sufficit: fiat electuarium, & sumatur cum aqua decoctionis feniculi: & cum ipsum laxatiuum facere volumus, addimus agarici, & rheu barbari, singulorum drachmam vnam pro dosi.

¶ Experimentum Parmenidis in fluxu dysenterico, & etiam dyarico.

Parmenides, democritus, & Hippocrates eodem tēpore vixerunt.

ACcipe cineris limaciarum combustarum cū corticibus suis partes. iiij. gallarum viridium partes duas, piperis partem dimidiam: terantur subtilissime, & fiat pulvis: da eum vino & aqua decoctionis pirorum siccorum. ¶ Item lanceo lata cum æquo pondere sui ex dauco exhibita: est præsidium singulare. ¶ Item fabæ cum cortice suo coctę cum aqua & aceto comestæ in dysenteria est singulare remedium. ¶ Item decoctio alteæ bibita statim iuuat. ¶ Item propria & præcipua cura fluxus dysenterici est purgatio cum myrobalanis, & rheubarbaro torrefacto.

¶ Eyperimentum Thessali ad præfocatiōnē matricis.

Thessalus ille est in quem methodum suam direxit galenꝰ homo faetaior, & sui temporis mediorum alopha.

ACcipe betonicæ drachmam vnam, seminis vrticæ, pastinachæ, cimini, singulorū scrupulum vnum: & cum vino fiat potus: capiat ante pastum calide, vel in hora paroxismi. ¶ Item capilli patientis combusti, & naribus applicati, & attrahatur fumus: subito salus accidit. ¶ Item folia vrticæ emplastrata matrici illam reducūt. Si contingat matricem descendere, tunc fumigatio facta cum stercore bubus multum confert.

¶ Triphonis experimentum ad dolorem hemorroidarum sedandum.

Triphon citat a cel

so, & scri bonio, & Varrone.

Accipe olei rosati, olei de salicibus, olei camo millę, olei de papauere, pinguedinis gallinæ, ceruſæ, plumbi vſti, tuthiæ ablutæ, ſingulorum drachmas. iij. & cū cæra alba quod ſufficit, fiat vnguentū ex quo liniatur. ¶ Itē accipe vitellū oui, & parum pinguedinis gallinæ liquefactæ, olei roſati parū, croci ſcrupulū ſemis, miſceant omnia ſimul, & in vaſe vitreato teneant in aqua frigida, & digito miſceantur, donec fiat vt globus: & ex hoc cū pena vngatur locus doloris.

¶ Nicandri experimentum ad dolores artheticos, & podagram.

Nicander colophonius grāmatic⁹, & tpe Attali inuenis illi⁹ vixit qui galogræcos vicit: ſcripſit de theriacis cōtra venena.

Accipe ſucci matricariæ, arthemiſiæ, ſucci affodillorum, ſucci ſaluiæ, ſingulorū vnciam vnam cum dimidia, ſucci ſemperuiuæ vnciam vnam, muſcillaginis ſeminis pſilij, vnciam vnam cum dimidia, olei amigdalarū dulcium vncias duas, muſcillaginis fenugræci, & ſeminis lini, ſucci anet, ſingulorum vnciam vnam, ſucci caulium vnciam vnam cum dimidia, olei violati vncias tres, cæræ quantum ſufficit: fiat vnguentū, vngantur ex eo loca doloris. ¶ Item ad dolores iuncturarum valet oleum de lanceolata, ſi vngatur locus ex eo: ſimiliter valet oleū decoctionis ſquillæ, & confert multum ſedando dolores iuncturarum.

¶ Finit liber primus Antidotarij.

¶ Iodoci Badij Aſcenſij hexaſticon in laudem domini Symphoriani Camperij, quem nō immerito omnē hominem, & Iouis, Phœbi, Mineruæq; ſacerdotem compellat: Iouis quidem ppter theologiæ antiquæ peritiā, Phœbi vero propter medicinæ experientiā, Mineruæ autē ob omnis Philoſophiæ exactiſſimā ſcientiam: quorum omnium in hiſce operibus pulcherrimum dat ſpecimen.

Vt natura nouas mortalibus explicet artus,
Ingenia occepit fingere multijuga.
Tum Pallas: formes [ait] vnum Symphorianum:
Vnus enim omnis homo Symphorianus erit.
Nam Iouis, & Phœbi, ſimul & meus ille ſacerdos
Ter magnum Hermetem ſupprimet ingenio.

Secreta quædam Campegiana ad diuerſas ægritudines. Liber ſecundus.

¶ Medicamen repertum in Ægyptia Iouis ciuitate, quod ſtomachum excitat, ventoſitatem mitigat, digeſtionem accommodat, aluū mollit, phlegma & bilem educit, vitia quoq; pectoris, lateris, hepatis, ſplenis, & rhenum curat, & mitigat.

Accipe cimini in aceto per triduum infuſi, & iterū ſiccati, & triti ſubtiliſſime vnciam vnam, pipe ris longi, albi, vel nigri drachmas. vij. rutæ viridis foliorum ante vnam diem collectorū vnciā cum dimidia, & cū melle facies electuarium, & proficiet phlegmaticis, vel cū ſucco ptiſanæ, & proficiet cholericis, & melāchiolicis, vt ſcribit Oribaſius: accipit em̄ mane & ſero coclear vnum.

Medicamē ſingulare dictū diaſpolesti ab oribaſio.

Electuariū aureū ad diuerſas ęgritudines.

Electuarium ad vertiginem capitis, caliginē oculorū: qđ & rheumatiſmū faucium ſedat, dolorē de thorace aufert, pulmones facilitat: cordis dolorē tollit, lateris dolorem cōſpergit, pleureticos ſanat, ſpleneticos curat, ſtomachum corroborat, inflammationem aufert, phthiſicos ſanat, tuſſim ſoluit, nephriticos calculos ſedat, omnē dolorem colicū compeſcit, pallidum colorē emendat, meſthoicos ſanat, menſtrua deducit.

Accipe ariſtolochiæ rotūdæ vnciam. j. caſię fiſtulæ drachmas. vj. gariofilorū vnciā. j. ſtoracis calamite drach. viij. mirrhę (ſi inueniri poſſit bona) drac. vj. raro tamē reperit: & ſi iueniri nō poſſit bona, & aromatica, loco illi⁹ pone croci drach. ij. ſpicænardi, pyretri, ſingulorū drac. vj. liquiriciæ raſæ vnciam. j. piperis nigri drach. vij. centaureæ maioris, quam reuponticum noſtri appellant, drach. vj. gummi dragaganti drach. ix. ſeminis peoniæ drach. vj. yreos, ſaxifragiæ, radicis capparis, ſingulorū vnciā. j. hyſſopi drach. vj. pulegij drach. vij. gētianæ vncias. iij. anacardi drach. iiij. galbani drac. v. terebentinæ, vel loco illius gūmi laricis drac. viij. petroſelini macedonici, vel loco illius vſualis vnciā. j. maſtichis drac. vj. galāgæ drac. v. raſuræ eboris, baſiliconis, ſaturciæ, ſingulorū drac. viij. ſemis aneti apij, ſingulorū drac. vj. ſeminis feniculi, oſſis de corde ceruí, ſingulorum drac. vij. cardamomi, corali rubei, ſingulorum drachmas. v. origani drach. iiij. amigdalarū mundatarum vnciam. j. & ſemis, nucleí pinī, piperis albi, ſingulorum drachmas. viij. moſchi electi ſcrupulū vnum: prius ſpecies terant, & cum melle fiat electuarium: de quo capiat in mane ad quantitatem caſtaneæ, valet etiam ad eos quivenenū biberūt, & ad morſum ſerpētis: typum quartanæ febris mitigat, quotidianam & tertianam liberat, cōfert ſtomacho, ſpleni, & iecori.

¶ Catarticum melancholicis conueniens ex Oribasio Sardiano.

Catarticũ regis Persarũ melãcholicis cõueniens ex Oribasio.

Ccipe anisi drachmam.j.& semis, seminis petroselini drachmã.j.piperis nigri drac.dimidiã,epithimi drach.j.& semis,mellis quod sufficit:dabis coelear vnum,aut duo secundum accipientium virtutem. ¶ Aliud. Accipe epithimi drachmas.v.mentæ drachmam vnam,rutæ viridis drachmam vnam, & semis:cum optimo vino da bis per tres dies bibere.

¶ Antidotum Philoxenis authoris ad tussim diuturnam, & ad omnia quæ de thorace non facile proijciuntur, facit ad empicos,& ad viscerum infraxin.

Philoxenis antidotum.

Ccipe aristolochiæ longæ & rotundæ,singulorum drachmas.xij. Gentianæ drachmas.xxj. baccarũ lauri siccarum drachmas.xix.seminis rutæ,prassij,singulorum drachmas.xij.smyrnis,trochlitę,vel loco illius apij,vel petroselini drachmas.xxviij.mellis quantũ sat est, fiat antidotum:dabis autem ad auellanæ magnitudinem cũ mulsa:itẽ purgat etiã vulnus,& cicatrizat,& ad sanitatẽ perducit.

¶ Aliud Oribasij Sardiani electuarium ad eos qui de thorace & pulmonibus tussiunt.

Oribasij electuariũ

Ccipe pinum pinguem,maxime quando propria resina circumuoluta est : coques in aqua cum prassio recente: & sic postea aquę ipsius decoctioni addes mediocriter mel,& coques iterum,donec ad mellis spissitudinem reuertatur,& vtaris.

¶ Ad Lumbricos electuarium Oribasij Sardiani.

Ad lũbricos electuariũ.

Ccipe absynthij sicci,abrotani, cardamomi, singulorũ finciam semis,seminis brassicæ,mentæ siccæ,lupinorũ, vngulorum drachmas.vj.pulueriscntur , & cum melle fiat electuariũ:capiat in mane drachmas tres cũ aqua portulacæ.valet & tale emplastrũ.Accipe lupinos,lauri baccas,& fel taurinũ supmittes:& pones ad vmbilicũ.

¶ Anodina sine dolore reddentia cataplasmata in accessionibus,podagricis,& arteticis,a me experta sæpius, & maxime quando dolor est acutus cum multa inflammatione loci a materia calida.

Anodina campegiana ad dolores acutos in podagra, & artetica.

Accipe farinę lẽtiũ lib.j.sanguinis dracõis,bolsarmeni,singulorũ vncias tres,cãphorę drachmã.j.farinę ordei lib.semis, diffẽperent cũ oleo rosato,& aceto:& fiat cataplasma:& applicet loco doloris ex tẽdẽdo super pannũ lini,& post eius exicationẽ renouetur.

¶ Item platani

¶ Item Platani folia viridia trita,& cataplasmati imposita,in genibus inflammationes tollunt , podagricis & artheticis succurrunt. Oribasius vero sardianus aliud ponit cataplasma,& est tale.

¶ Accipe opij,croci,singulorum drachmas.iij.teres cum lacte vaccino,aut caprino:& interiora panis admiscẽbis,& teres fortiter:& admixto oleo rosato veteris cataplasmate:& betæ,aut lactucæ folia superponas.Item opium cũ croco,& lactucis tritum,& oleo rosaceo admixtũ,& linteo superpositũ valet plurimũ,& sedat dolorem.

Cataplasma Oribasij.

¶ Ad dolores diuturnos in thorace consistentes sine febre ex Oribasio.

Ccipe fenugræci,dactylorum pinguium,singulorum vncias sex:decoquantur,& cum cocti fuerint,colabis, & cũ succo ipsorum mittes mel abundãtius,& coques ad carbones,vt sit mediocriter pinguis,& vtaris multo ante cibum.

Electuariũ Oribasij ad dolores thoracis.

¶ Trocisci regis Boemorum ad tussim catarralem,& a me pluries experti.

Ccipe thuris albi drachmas.ij.boliarmeni drachmam vnam & semis,pulueris specierum diadragãti frigidi sine camphora drachmam vnam,pulueris specierum diayris scrupulos duos:cum melle rosato formentur trocisci:teneat in ore sæpius lõge a pastu,& dum descendit in lectum.

Trocisci boemorũ regis ad catarrũ.

¶ Trocisci Oribasij Sardiani ad capitis diuersos dolores mox vt linieris frontẽ,amputabis dolorẽ:vtiq; & si febrierint,aut phrenesim patiantur,mirabiliter facient.

Ccipe baccarũ lauri, vuarum viridiũ,singulorũ drachmas octo,yreos drachmas duas,oppoponaci drachmã vnã semis, cum aceto facies trociscos,& cum opus fuerit,cum aceto & oleo rosaceo induces.

Ad capitis diuersos dolores trociscí.

¶ Trocíscus ad omnẽ typum quotidianũ,& notho quartano,& notho tertiano ex traditione Oribasij.

Accipe croci oriẽtalis drachmas.ij.pyretri drachmas.ij.semis, origani drachmas.ij.hyssopi,myrrhæ,si inueniri possit bona, singulorũ drachmas.iij.collige cũ aqua,& fac trociscos de drachma vna pro singulo,vtere cum aqua calida.

Ad typũ quartanę & quotidianæ.

¶ Ad sanguinem reijcientes.

Accipe portulacæ vncias tres,balaustiarũ, membranæ que sunt in glande interiores,florũ rubi,aut rubi mora,singulorũ vnciã vnam:coquẽtes eas maxime vtanẽ bibendo vncias.ij. illius decoctionis:est enim ad hæc multũ operatiua,si suceus ei⁹ videlicet porulacæ

Catarticũ regis mesputũ sanguinis.

bibatur: ficus autem ad primum multum operatiua est. Eutici radix & menta ad recentes eruptiones facit, & centaureę maioris drachmę duæ datæ febrientibus cum aqua: valent & mala granata, ac lentisci foliorum succus. ¶ Ad trombos autem factos de sanguine coagulus leporis potatus soluit: soluit etiam trombos de ficu lixiuia cum aqua potata, & thymus, aut satureia cum aceto cocta.

¶ Ad vocem abscissam ex Oribasio Sardiano.

ACcipe seminis lini, vuarum passarum sine semine, nucleorum pini frixorum, auellanarum purgatarum æquali pondere teres, & mel non coctum admiscebis: & dabis exinde cochlearium vnum. Item succos brassicæ cum melle coques, & dabis vt electuarium.

¶ Aureliani Cælij potio ad hydropem.

AVrelianus libro Responsionum siue adiutoriorum, & in libro cronion.iij. ad hydropem decoctionem singularem scilicet, siue squillæ ponit, quę talis est. Accipe Squillæ libras.ij. omni purgamento ablolutas, quod ad vnam libram redigatur, concisas in vas fictile nouum prælitũ mitti oportet, tum adiectis vini sextarijs tribus, quibus ad tertias decoctis, ex ipso liquore erunt ad duo cochlearia ęgrotanti danda, proficiente curatione vsq; ad vnciæ vnius accedere modum. Sed hoc erit ante sumptionem cibi cũ plurimo interiecto tẽpore, & post gestationem adhibendum, vel post perunctionem corporis.

Liber tertius.

¶ Pilulariũ virorum illustrium.

¶ Catapotia ex inuentione Campegiana.

DIlulæ catapotia dicuntur, cp integra vt formentur ab ægrotis deglutiantur, & non vel dentibus masticentur, vel dissoluta in liquore lingantur: de his Celsus libro quinto capite. xxv.

¶ Pilulæ conuenientes flauæ bili, & illam euacuantes.

ACcipe aloes loti vnciã dimidiã, Reubarbari drachmã vnã, spicæ nardi, siue celticæ [si indicã nõ reperias] grana.iiij. prunorũ hyemaliũ drachmã vnã: misce cũ syrupo violato: formentur.vj. pro drachma: capiat aliqñ vnã ante cœnã, aliqñ vero treis, aut quinq;, dum descendit in lectum.

¶ Pilulæ cõuenientes phlegmaticis, & pituitam euacuantes.

ACcipe agarici albi & leuis drachma.j. zinziberis scrupulũ vnũ, aloes loti drachmas tres, masthicis scrupulũ vnũ: cũ melle rosato fiant pilulæ.vj. p drachma: da vnã ante cœnã, vel tres, aut quinq; dum descendit in lectum.

¶ Pilulæ ad atram bilem, & illam euacuantes.

ACcipe polipodij quercini, non corrosi, foliculorum sene ex syria, singulorum drachmã.j. aloes loti vnciam dimidiam: masthicis scrupulum dimidium: cum syrupo de fumoterræ formentur.vj. pro drachma, da vnam ante cœnam.

¶ Pilulæ capitales ad sodã per cõmunitatem stomachi in materia ex flaua bili.

ACcipe aloes loti, pilularũ de yera simplici, singulorũ drachmã vnã cũ dimidia, prunorũ hyemaliũ drachmas. ij. Reubarbari electi drachmã.j. spicæ scrupulũ dimidium: misce cum syrupo violato: fiant.vj. pro drachma: capiat vnã ante cœnam, vel tres dum descendit in lectũ. In soda vero ex materia frigida potest sic fieri. Accipe agarici albi & leuis drachmãvnã cũ dimidia, aloes loti drachmas.iij. myrobalanorũ, kebulorum, drachmã vnã, masthicis scrupulũ dimidium: & cum melle rosato formẽtur. vj. pro drachma: da vt supra. ¶ Si vero fuerit soda a materia ex atra bili, accipe aloes loti vnciã dimidiã, foliculorum sene ex Syria, polipodij quercini, singulorum drachmam dimidiam: masthicis grana.vj. misce cũ syrupo violato: da vnã ante cœnam, vel tres aut quinq;, dum descendit in lectum. Aliqui addunt thimum, & epithimum, & reubarbarũ: & si fiat per adustionem pituitæ, posset addi Tartari loti scrupulus vnus, & agarici albi drachma vna. Pantaleon de vercellis addit lapidem lazuli, siue cianeum: sed caue ne vtaris illo, venenum est pernicioſum: lapis lazuli est solis pictoribus vtilis: si vero epilepsia esset per communitatem stomachi, possent addi feminis peoniæ, mirobalani, kebuli, thimus, & epithimus cum pauco thuris albi, & stichados.

¶ Pilulæ precioſæ contra catarrum subtilem ad pectus descendentem.

ACcipe agarici albi & leuis drachmam vnam, zinziberis albi drachmam dimidiam, polipodij quercini electi scrupulos duos, boli armeni drachmam vnam, aloes loti drachmas iij. cum dimidia, succi liquiritiæ scrupulos.ij. mirobalanorũ citrinorum drachmas.iiij. confice cum muscillagine dragaganti facta aqua rosarum. fiant.vj. pro drachma: da aliquando vnam ante cœnam, aliquando tres vel quinq;, dum descendit in lectum: & poteris vti omni die accipiendo vnam ante cœnam, vel ter aut quater in hebdomada: valent cõtra catarrum subtilem: valent etiam contra grossum, sed formentur cum oximelle squillitico, quia incidit pituitam grossam.

¶ Pilulæ siue trociſci de passulis ad omnem catarrum.

ACcipe passularum electarũ mundatarum vnciam vnam cum dimidia, conterantur fortissime: deinde accipe sue ci liquiricie drachmas.iiij cum dimidia, nucis muscatæ, cinamomi electi, singulorum drachmas duas, flora cis calamite, drachmã vnam cum dimidia, thuris albi scrupulum vnum, boliarmeni loti drachmas treis, gũmi arabicĩ, & dragaganti dissolutorum in aqua betonicæ, singulorũ drachmam dimidiam, sacchari rosati tabulati dissoluti in aqua violarum vncias.xvj. & fiant trocisci in forma pilularum albarum, siue bichiarum: & sint tres trocisci in drachma: capiat tres dum descendit in lectum tenendo in ore, vel deglutiendo, vt voluerit: & aliquando teneat vnũ in ore longe a pastu. Pantaleon de vercellis ponit aliã quam vocat confectionem de storace, in qua ingreditur lignũ aloes: sed quia raro inuenitur bonum, prætermisi: isti autem trocisci a nobis sæpius fuerunt experti in omni catarro tam subtili ℭ grosso: cõfortãt enim cerebrum, stomachum, & pulmonem, & valent in omni tussi catarrali.

¶ Pilulæ benedictæ ad vocis raucedinem a frigida, & humida materia.

ACcipe aloes loti vnciam dimidiam, agarici albi drachmãvnam & scrupulum vnum, zinziberis, salis gemmæ, singulorũ scrupulum dimidium, succi liquiritiæ scrupulos duos: misce, & cõfice cũ muscillagine gummi dragaganti facta cum aqua florum violarum: & fiant sex pro drachma: & detur aliquando ante cœnã vna, aliquando dum descendit in lectum, & etiam valent in tussi amateria pituitosa a cerebro descendente.

¶ Pilulæ epaticæ contra iecoris opillationem.

ACcipe reubarbari electi drachmas treis, spicæ scrupulum vnum, agarici albi, & leuis drachmam vnam, zinziberis scrupulum dimidium, polipodij, carthami, singulorum scrupulos duos, masticis scrupulum dimidium: fiant sex pro drachma cum syrupo de eupatorio: da vnam ante cœnam vna die, alia non.

¶ Pilulæ ad lienteriam a materia pituitosa.

ACcipe pilularum elephanginarum drachmas treis, corticis mirobalanorum, kebulorum parum torretactorum drachmas.ij. masthicis drachmam.j. formentur.vj. pro drachma cũ syrupo citoniorum: & da vnam ante cœnam, & aliquãdo ante prandium vel treis, dum descendit in lectum.

¶ Pilulæ regis Dannorum ad materias biliosas, pituitosas, & atram bilem etiam euacuantes.

ACcipe rheubarbari electi drachmas.ij. agarici albi & leuis drachmam vnam cũ dimidia, spicę & zinziberis, singulorũ scrupulum vnum: masthicis scrupulum dimidium, pulueris foliculorũ sene ex Syria ad pondus omnium supradictorũ, aloes loti drachmas duas cum syrupo de buglossa: formetur massa pro pilulis, de qua fiãt sex pro drachma: capiat aliquando vnã ante

cœnam, aliquando quinq;, dum descendit in lectum.

¶ Pilulæ regis Gallorum Philippi pulchri ad dysenteriam, & fluxum lientericum.

ACcipe myrobalanorum, kebulorum citrinorum parum torrefactorum, singulorum drachmam vnam, rheubarbari torrefacti drachmam vnam cum dimidia, masthicis scrupulum vnum, pulueris corallorum rubeorũ scrupulum dimidium cum syrupo mirtillorum, formentur.vj. pro drachma: capiat vnam ante cœnam, & aliquando tres, dum descendit in lectum.

¶ Pilulæ bichichiæ regis Maioricarum ad fluxũ catarralẽ.

ACcipe olibani drachmam vnam cum dimidia, masticis drachmam vnam, boliarmeni scrupulos quatuor, pulueris diadragaganti frigidi sine camphora scrupulum vnum, zucari candi dissoluti in aqua violarum vncias.iiij. formentur pilulæ in modum lupinorũ: teneat in ore sæpius longe a pastu, & dum vadit dormitũ.

¶ Pilulæ regis castellæ ad obstructionem, siue opillationem iecoris, & ipsum confortantes.

ACcipe aloes loti drachmas duas, rheubarbari electi drachmam vnam & mediã, spicæ, spodij ex dente elephantis, singulorum scrupulum vnum, pulueris trociscorũ diarodon drachmã mediam, agarici albi & leuis scrupulos duos, masthicis scrupulum medium, pulueris foliculorum sene drachmam vnam, pulueris trociscorum de rheubarbaro drachmam mediam, confice cum syrupo de endiuia, quam scariolam vocamus: capiat aliquando vnam ante cœnã, aliquando tres, dum descendit in lectum. Mesues dicit aloen iecori esse nociuum, cõtra opinionem Dioscoridis, ac aliorum Græcorum: ideo dicimus non esse illi credendum.

¶ Pilulæ regis Pannoniæ ad pestilentiam.

ACcipe aloes cicotrini electi vncias quinq;, croci orientalis vnciam mediam, cimini, coriandri præparati, singulorum drachmas tres, radicis tormentillæ vnciam vnam & mediam, boli armenici vnciam vnam, seminis basiliconis, seminis citri, singulorum drachmas duas, seminis acetosæ drachmas tres, radicis been albi, & rubei, singulorũ drachmam vnam: sandali albi & rubei singulorum drachmam dimidiam: ossis de corde cerui, corali rubei, spodij de dente elephãtis, singulorum scrupulos duos, pulueris florum anthos drachmas duas, radicis scabiosę vnciam dimidiam, agarici albi & leuis, folliculorum sene, singulorũ drachmas duas, rutæ siccæ drachmam vnam & mediam, succi kalendulæ drachmam vnam cum dimidia: pulueriſanda pulueriſentur: & cũ syrupo de acetositate citri, vel de limonibus formetur massa pro pilulis, de qua formentur, vj. pro drachma: capiat

aliquando tres, dum descendit in lectum, aliquando vnam in mane hyeme, & vere, & tempore pestilentiæ omni mane vnam. Iste autem pilulæ præseruant a pestilentia, & sunt expertæ in Pannonia, & tota Germania, & a me pluries in Lotharingia.

¶ Pilulæ masthicinæ quæ mundificant stomachum, rectificant appetitum corruptum: & valent vbi stomachi est debilitas ex corruptione humorum: & est medicina matricis vitiosæ.

Accipe masthicis vnciam dimidiã, aloes loti & electi drachmas .x. agarici albi, & leuis drachmas .iij. cũ dimidia, & confice cũ succo arthemisiæ: hæ pilulæ accipi possunt omni tempore: mundificãt enim stomachum, atque rectificant: sunt autem istæ ex inuentione Petri de ebano.

¶ Pilulæ regis Britannorum quæ dici possunt de cinoglossa ad omnes morbos catarrales, ad corizam, & tussim catarralem.

Accipe thuris albi drachmas .viij. succi papaueris albi, succi lactucæ, singulorũ vnciã .j. cũ dimidia, croci drach. j. cũ dimidia, radicũ linguę canis siue cinoglossę vnciã dimidiã: fiant pilulæ, & administrent: aliq ponunt opiũ, & iusquiamũ: sed propter illorũ violentiã loco illorũ posuimus succum papaueris, & lactucæ. De mirrha, quia non reperitur laudabilis, nullam fecimus mentionẽ. Istæ pilulæ sunt de secretis medicinæ, & a multis cognitæ non sunt.

De Catarticis ac medicinis benedictis, & quod omnib⁹ expedit, vt venter secũdus sit, ex Galeno, Oribasio Sardiano, & Paulo Ægineta.

Galenus.

AB initio antiquis semper visum est pro sanitate, vt vẽter secundus procuretur diebus quotidianis: & inculpabilis vrinarum emissio secundum ciborum, aut potionum ministrationem reddatur. Quod si hæc minime prosequantur, tũc vti necessarium eis quæ hæc expellant, & procurent ventris & vrinæ obsequia. Sana autem corpora habentibus superfluum est dari catarticũ: etenim (vt Galen⁹ scribit) strophis, & doloribus nimijs affligũtur: & difficile fit purgatio: & adhuc citius angustias patiunt hi qui sani sunt: ægrotantibus autem si minime vacuentur, nocet: vnde antecedere oportet, vt intrante primum vere purgentur Epileptici, asthmatici, phlegmatici, arthetici. In ægritudinibus autem diuturnis

semper digestio expectanda est. In acutis autem passionibus cum vrgent, etiam in initio possibile est catarticum dari cum cautela multa motis humoribus existentibus largis, vel fluentibus: sin autem (vt Oribasius scribit) alicubi in vno defixi sint loco, aliquo adiutorio oportet mouere: & neq; catarticum dare, priusquã digestionem faciat: & quolibet tempore determinato fiat: purgatiua autem medicamina non sustinet stomachus: admixtio inuenta est bene olentibus seminibus, vel herbis: vt non sola, neq; pura virtus eorum tangat stomachum, & vomicam excitet. hæc Oribasius. Oribasi⁹.

¶ De Mercuriali herba ex Paulo, & Oribasio, & de Epithimo.

MErcurialis (vt scribit Paulus) ventrem subducit efficaciter, & pigmenta digerit. Et (vt infit Oribasius) mercurialis herbæ folia molliter cocta, & comesta stercora sufficienter deponunt, sed minus, plus vero deponit, si aliq d decoctiõis eius bibatur cũ vino tẽperatũ. Dabis etiam ad ventrem herbam mercurialem in aqua cum sale coctam: & cum comederit, ipsam aquam bibat, sed & sambuci folia similiter facta, & accepta hoc modo operantur. Omnium igitur prædictorum (infit Oribasius) melior, & vtilior est epithymus in vino potus. Oportet autem eum bibere, mouet enim leuiter ventrem, & bilem atram purgat. Oribasi⁹.

De polipodio ex Paulo, ac etiam Oribasio.

POlipodion (infit Paulus) siccę vehemẽter, & sine morsu est potentiæ: & potum per inferna purgat. Et (vt inquit Oribasius) educit pituitam, & flauam bilem, & aquosos humores, Dabis (infit) radices pensо drach. ij. incisas, non tritas. Trita autem cum mulsa, aut aqua malitiosa non est: purgat autem & in ptisanis cocta, & cum iure gallinæ radix cocta. Oribasi⁹.

¶ De Aloe ex Oribasio, & Paulo.

ALoe autem (vt scribit Oribasius) acutum quidem non est catarticum, stomacho autem aptissimum. Educit pituitã, & flauam bilem: optimum autem est, vt etiam per singulos dies sic accipiatur, antequam dormitum quis vadat, quantum ciceris tria sunt grana ad glutiendum: & abundanter redditur eis venter secundus. Aloe (infit Paul⁹) calefacit in primo ordine, siccat vero in tertio. Est aũt valde grata stomacho, inflammatiões sedat, & hulcera quæ ægre ad cicatricem perducuntur, sanat: maxime quæ circa sedem sunt, & pudenda, hęc Paulus. Oribasi

¶ De Carthamo ex Oribasio.

CArthamus pituitam & flauam bilem purgat,non quidem fortiter. Oportet autem semen teri cum aqua,& exprimi ex eo succū,& miscerī cum vino,& iure gallinæ,& sorberi. Si autem anisus,& mel,& amigdalæ simul admisceantur,ad ictericos fient catapotia expedientia.

¶ De Agarico ex Oribasio.

AGaricus pituitam purgat,ac bilem flauam, sed non acute:dabis dextro flante vento:facit autem podagricis & arteticis:deponit enim spissos humores:addes laricis coclearīū vnum,& cum calida aqua dabis mane bibere,& ieiunet vsq horam sextam.

¶ De ebulo,& sambuco ex Paulo & Dioscoride.

Paulus Ægineta. Dioscorides.

ACte quæ magna,& chameacte (inquit Paulus) ambæ arefaciēdi vim habent,& mediocriter digerēdi:& tam potæ, q̄ etiam comestæ hydropicorū aquā subducūt. Eadē sambuco & ebulo (vt Dioscorides scribit) vis est: siccant,astringunt,refrigerantq, & aquas ex corpore pellunt:stomacho tamen nocent,purgant pituitam,& bilem elixa olerum modo vtriusq folia. Quinetiā teneri adhuc caules in fictili elixi eadem præstant:radix in vino decocta subeūtibus cutem aquis auxiliatur. Prodest & contra viperarum morsus:potadecoctio eius fœminarum locos mollit,& aperit,& quæ in eis sunt mala emendat:potest & idem fructus in vino potus,prosunt canum morsibus,eodem modo podagricis opitulantur cum taurino adipe emplastri modo imposita. De manna,casia fistula,rheubarbaro nostro,thamarindis,sene,myrobalanis ab antiquis & Græcis nihil inuenimus scriptum,prout vim habent aluum ducendi.

¶ An idem sit scammonia apud Græcos,& Arabes,Quæstio notatu digna.

Mesues. Quæstio de scammonea. Dioscorides.

MEsues capite de scammonia adserit non esse propinādum ex scammonia vltra grana duodecim. At Dioscoridis authoritate pl⁹ dare licet:nam is ad obolos duos vsq,& ad quatuor etiam accedit in eiusdem exhibitione:lib.enim.iiij.cap̄.clxj.de scammonia hoc modo scribit. Vim habet scammonij liquor sumptus cum mulsa aqua,simplicive aqua drachmæ,aut obolorū quatuor pondere per inferna bilem & pituitam purgare;ad soluendamvero aluum

satis sunt oboli duo. Oribasius etiā in cōpendio medicinæ drachmā integram scammonij exhiberi posse asserit:ait enim. Pura autem dātur penso drachma vna: quapropter errant medici,ac neoterici omnes qui scammoniam Græcorum, ac Arabum, recentiorum diuersam esse non intelligunt. Quapropter diligentius aduertēdum, ne cum in libris Græcorum scammoniam scriptum inuenimus,alteram putemus intelligi,de qua Mesues,atq; Arabes loquūtur. Scammonia vero Græcorum ex Colophone Asiæ Attici petunt: ex qua regione factum illi aliquādo fuisse nomen hic a gentibus testatur: quæ dum probatissimum scammonium quærunt,& ex colophone Asiæ petunt. Scammonia vero Arabum in Arabia nascitur:& ex genere est lactariorum:ea enim in nullis veteribus Græcis,aut latinis codicibus legitur,nec etiā legi debet:proinde cū Græci nihil de ea tradant,necesse est vt medici nostri ab arabibus petant:aliud enim de scammonea scribunt Dioscorides, & Oribasius, aliud Mesues. Oribasius Oribasius drachmam integram scammonij exhiberi posse asserit. Mesues. Mesues vero vltra grana duodecim nō esse propinandum ex scammonia adserit. At Dioscoridis authoritate ad obolos quatuor accedent in exhibitione ex colophone scammonij. Cæterum scammonij potionem scribit Oribasius esse ad drachmam.j.vsq:siquidem apud eum integra drachma per se parum purgat. Mesues vero capite proprio scribit,q̄ si quis vltra duodecim grana sumat,eum interficere. Quod autem scammonium Dioscoridis non sit scammonea apud Mesuen,facile ex eiusdē verbis animaduerti potest. Mesues autem dicit nasci in Antiochia,Armenia,& Corasceni,& in partibus Arabiæ,& Turchiæ:apud Dioscoridem debet esse ex Colophonæ Asiæ: aliæ autem malæ sunt & pernicioſæ:melior apud Arabes (vt scribit Mesues) est Antiochena,& Armena:& peior est quæ in Corasceni. Apud Græcos bona,& melior ex Colophone Asiæ,& aliæ sunt malæ,& pernicioſæ. Quare concludendū est aliud esse scāmoniū apud Græcos ex colophone,aliud vero apud Arabes ex Antiochia,& Armenia, & Corasceni. Hæc ideo recensenda duxi,non vt Scythicis illis medicis,qui fortissimis pharmacis ægros non paucos neci tradunt,patrocinarer:sed vt haberent veritatis studiosi,& scirent aliam esse Græcorum scammoneam,aliam vero Arabum. Scammonium vero Græcorum bilem,& pituitam purgat:& ad soluendam aluum satis sunt oboli duo. Scammonea vero Arabum de genere est Tithymalorum. Sunt etenim septem Tithymalorum species Dioscoride lib.iiij.cap̄.clv.teste:& vna earum esse potest scammonea a Mesue picta:errāt ergo medici iuniores,ac pharmacopolæ,qui scammoniū Græcorum ab Arabum, ac recentiorum diuersum esse non intelligunt. Scammonia qua nostri passim nunc ad homines purgandos vtuntur,Græcis penitus incognita fuit:vel si cognita fuit,certe eam in medicinæ vsu non probauerunt,quando nullus aliquam de ista mentionē faciat:sed tantum de illa quæ in Colophone nascitur,non in Antiochia,vel Armenia,quæ Colophonia scammonia ab eisdem

Dioscorides.

Pharmacopolarū error.

Mesues. nominatur. Quapropter diligentius aduertendum, ne cum in libris Græcorum Scammoniam scriptam inueniemus, alteram putemus intelligi: de qua Mesues, atq; Arabes, & recentiores loquuntur. Non animaduertunt nostri sæculi Medici vulgarem nostram scammoneam aveva multũ abesse: tetra enim est, inodorata, de genere Tithymalorum, & penitus aspernanda, immo nihil habet quare scammonea putari debeat apud Græcos: id quod Dioscoridem, atq; Oribasium legenti, re mq; ipsam in manu habenti facile constabit. At relinquimus ista veritatis exquisitoribus diligentius pensitanda. Caue igitur lector amãtissime, ne vtaris scammonio: Galenus enim secundo regiminis acutorum ita scribit. Melior compositio ei qui solutiuam potest petere medicinam est illa in quam cadit elleborus, & nõ cadit in eam scammonea. hæc ille. Si ergo scammonea ex Colophone cuius dosis est drachma vna, periculosior est elleboro, quid erit dicendum de scammonea Antiochena apud Mesuẽ, cuius dosis sunt. xij. grana, quę pernicioſa est: & cum elleborus recesserit abvsu christianorum, a fortiori & scammonea Antiochena, quam depingit Mesues.

Oribasi⁹.

Galenus secundo acutarũ ægritudinũ cõmẽto. xij. in fine.

Antonij Toledo de excellentissimo huius libri authore hexastichon.

Edocet, inducit, domat, arguit, vrget, agitq;,
Instruit, augmentat, indicat, instituit,
Damnat, habet, refert, clausa, & tenebrosa serenat,
Promicat, enumerat, Symphorianus ouat,
Perpolit, & trutinans scrutatur, inalbat, honestat,
Placat, hiat, quærit, repperit, astra quatit.

Errata Ioannis Mesuæ in quibus Medicinas benedictas inter uenena reponit, pernicioſas uero inter benedictas.

MEsues hallucinatur, ac errat maxime agaricum, polipodium, centauream, carthamũ, been, sene, aristolochiam inter medicinas venenosas, & laborioſe soluentes ponens: primum omnium, vt errorem hunc probe conuincamus, Arabum descriptiones more nostro præmittam⁹: ex quibus liquido monstrabimus eundem toto cælo errasse. Inter Arabes Serapio cap. lxxviij autho ritate Abix in hunc modum scribit. Agaricum est cõtrarium medicinis mortiferis quãdo bibitur, aut miscetur cum aliquibus ex medicinis conuenientibus. Et authoritate Galeni infit. Confert morsui tyri, aut alicuius alterius animalis venenosi; & sumitur in potu ex eo drachma vna cum vino aqua mixto cõtra medicinas moriferas, & confert dolori stomachi. ¶ Et de polipodio in hunc modum scribit Serapio authoritate Abenmesuai, proprietas polipodij est q̃ purgat melancholiam, & phlegma sine punctione, & malicia. & authoritate Galeni infit. virtus polipodij prima deficcat fortiter sine mordicatione, & malicia. ¶ De cartamo capite. cxxvj. ita scribit Serapio authoritate Galeni: hoc granum est sicut ordeum in virtute sua, nisi quia in sapore suo est stipticitas: & virtus prima est frigida frigiditate pauca, & ficca: & secunda virtus resoluit sine mordicatione: & tertia virtus confert fluxui ventris. ¶ De centaurea Serapio authoritate Galeni ita scribit. Virtus prima calefacit, seeũda incarnat, & conglutinat, & abstergit, & fortificat membra, & confert sputo sanguinis. Minor centaurea est ex melioribus, ac nobilioribus medicinis ad opillationes hepatis; & confert magnifice duricieꝰ splenis, quando apponitur desuper more emplastri, aut sumitur in potu ¶ De been ita scribit Serapio authoritate Dioscoridis. Est fructus arboris similis tamarisco, & egreditur ex eo humiditas, quæ ponitur in medicinis odoriferis loco olei. & authoritate Galeni inquit, quãdo bibitur ex eo aureus vnus cum melle, & aqua laxat ventrẽ laxatione non mala: & quando necesse est mundificare hepar, & splenẽ, bibitur cum aceto & aqua. ¶ De sene ita scribit Serapio authoritate Abix: est calidum, & siccum, paucæ caliditatis & siccitatis; & habet virtutem magnam, quando peruenit ad stomachum purgandi atrã bilem, ac flauã bilem, & confortat substantiam cordis. ¶ De aristolochia ipse Serapio Galeni authoritate ita scribit. Virtus prima est quæ calefacit: secunda quæ abstergit, & resoluit: & tertia qnæ facit nasci carnẽ in vlceribus matricis, & alijs vlceribus: & pharmacopolæ vtuntur ea in confectionibus bonorum vnguentorum: & confert asthmaticis, & singultui, & podagræ, quãdo bibitur cum aqua. ¶ Mesues ponit Asarum inter medicinas benedictas, & tandem dicit q̃ est ex rebus facientibus vomitum, & educentibus per ventrem choleram, & pituitam. ¶ Item etiam violam enumerat inter medicinas benedictas, & tamen narcoticam, & frigidam esse asserit. ¶ Item volubilem inter benedictas collocat medicinas;

De agaricõ.

De polipodio.

Ca. ccviij

Ce cartamo.

De cẽtaurea.

De been.

De sene.

De aristolochia.

De asaro.

De viola.

De volubili.

Cõcluſio. & tamen ponit volubilem ſagittalem eſſe Scammoneam: quæ (vt dicit) ſolutione educit ſanguinem: & eſt (inquit) ſicut venenum. ¶ Videant hic medici iuniores quantum cæcutiant, quantũq; a vero Meſues, ac Auicenna aberrent, non enim ſolum ignorant centaurium maius, verumetiam benedictas medicinas inter venena, & venena inter benedictas enumerant: ita barbarorum inſcitia vniuerſus medicinæ decor periit, quem (faxint ſuperi) doctorum omnium ſtudijs recuperemus. Vides lector cariſſime hoc loco Ioanni Meſuæ æque vt Auicennæ in hærbarum deſcriptionibus parum eſſe fidendum: verũ vtcunq; moneas, frustra vereor moneas: quando errore penitus obſtinati obſurduerint. Plura ea de re offendes apud Hieronymum montuum amicum noſtrum in libris ſex, quos de actiua curatrice medicina, ac antiquorum placitis edidit.

¶ Finit antidotarius.

De uinis Symphonia omnibus aprime utilis, libros treis elegãter complectens.

Primus eſt de uinis febricitantium ex Hippocrate, Galeno, Oribaſio, Auicẽna, Iſaac, Haliabbate, Auerrhoe, Cõſtantiuo, aliiſq; medicæ artis profeſſoribus.

Secundus aphoriſmos continet uini cõmoda & incõmoda exprimentes, ex ſacrarum literarum autoribus depromptos.

Tertius complectitur aphoriſmos de uini quoq; noxa, & cõmoditate, ex poetis, oratoribus, & philoſophis, ac medicis excerptos.

¶ Iacobi Siluij Ambianatis Tetraſtichon.

Affectus, natura, modus, ſubſtantia, tempus
Noxia vina facit, com moda vina facit.
Cuncta hæc Campegi Symphonia docta diremit;
Quiſquis amas tuto vina bibiſſe, legas.

¶ Catalogus authorum quorum teſtimonijs paſſim Campegius vtitur.

Poetæ.	Medici	Alexander Aphrodiſeus.
Homerus.	Hippocrates.	Viri ſacri.
Heſiodus.	Galenus.	Moſes iudex iſrael.
Propertius.	Aſclepiades.	Dauid propheta.
Lucretius.	Serenus,	Paulus apoſtolus.
Ennius.	Oribaſius.	Origenes adamantinus.
Cyprius poeta.	Iſaac Iudæus.	Sanctus Ambroſius.
Panyaſis.	Auicenna.	Sanctus Chryſoſtomus.
Oratores.	Auerrhoes.	Tertulianus.
Cicero.	Conſtantinus.	
Plutarchus.	Ioannes. xx. papa.	
Iulius viator.	Petrus Aponenſis.	
Plinius.		

¶ Paraſceue ad vina ſymphoniæ.

POculũ ſiue potio duplex, ſimplex, & miſta. Simplex eſt ipſa aquæ potio. Sunt aquarũ quinq; differentiæ, pluuialis, fontana, putealis, fluuialis, & paluſtris: harum leuiſſima eſt pluuialis, ſiue ciſternina, & facile trãſmutet, cõgruitq; aduerſus febres, & choleras, & arquatos, Calidis cõplexionibus, & in febrib⁹ æſtuoſis, & in cauſonicis, ac tertianis admodum vtilis. Sũt igitur aquarũ quinq; genera, pluuialis, fontana, putealis, fluuialis, & decocta. Medici ciſternarũ aquã inutilẽ aluo confitent, duritiaſq; faucibus facientẽ: multi illã laudarũt, & leuiſſima ſit imbrium aqua, ex qua plurimũ replentur, probatur tamen ab Auicẽna propter ſubtilitatem. Fontana vero eſt appellata, & funditur e terra, quæ cæteris ſalubrior eſt, maxime terræ liberæ, vt Auicenna teſtatur. Putealisve ro reſpectu fontium mala eſt: vt ſentit Auicenna. Fluuialis aũt reſpectu fontium mala eſt, niſi per terræ poros coletur, vt aqua Rhodani apud Lugdunum in puteos fluens, quæ eſt optima. Decoctaverò nulli eſt æquiparãda minore inflatione, & faciliore deſcenſu: quoniam ſubtilitas decoctiõe acquiritur: quare ſi integram aquã nõ habeas, præcoquenda, inde refrigerata potanda eſt. Miſta vero potio duplex eſt, videlicet naturalis, & artificialis. Naturalis eſt ipſa vini potio: eſt enim vinũ humanis corporibus gratiſſimus liquor, modice ſumptũ non officit ſtomacho, non cerebro, ſed digeſtionem iuuat, vires alit, appetentiam ciborum inuitat, ſanguinem, coloremq; hominum iuuat, triſtitiæ curam hebetat. Aſclepiades medicus vtilitatẽ vini æquari potentiæ Deorum poſſe, pronuntiare non dubitauit. Artificialisve ro potio, vt ceruiſia (vt ſcribit Galenus) generat humores malos, & capitis dolorem facit, & nocet neruis. Dioſcorides ponit multa vina artificialia, vt ſunt vinum ſcillite, vinum ex corneis, vinum ex piris, vinum labruſcæ, vinum ex punicis, vinum palmeũ, vinum ex caricis, vinum ex pineis, vinum picatum, & alia plurima.

Strabo scribit Danaides plurimos puteos Argis effodisse, quo ex facto versus ille vulgatus est. Argos aquis vacuum danae struxere redundans. Puteos primus Danaus Beli prisci filius ex Ægypto in Græciam qua vocabatur Argos dispiciens aduectus inuenit: hinc putearius fossor puteorum: in quibus (vt salis quæ notiora sunt taceam) argenti metalla reperiuntur: indicio est puteus in hispania ab Hannibale inchoatus, qui indies illi ccc. pondo argenti subministrauit: ipsæ vero aquæ puteorum respectu fontium malæ sunt: Stagnantes nanq; damnatur, quæ profluunt, salubriores dicuntur.

¶ Cisterna aquã euripis, & canalicnlis, siue nauicellis sub stillicidio positis ad imbres suscipiendos in ea inductam continet: ad quod alludens Horatius in satyris inquit. Collectosve bibant imbres, puteosve perennes lugis aquæ. Et vt Vlpianus inter consultus scribit cisterna aquam viuam non habet, & quidem cisternæ imbribus concipiũtur, sed per glaream immissam, & spongias purificatis: multi illã laudarunt, quod sit leuissima imbrium aqua ex qua plurimum replentur: quod falsum esse in. xxxj. Plinius ostendit. Fons dictus est quod inde aqua funditur e terra, quæ fontana appellata est, cæteris salubrior, & maxime terræ liberæ, & cum nullus sapor odore aquarum ad cibos esse debeat: vnus tamen in toto traditur orbe fons aquę iucunde olentis in Mesopotamia.

De Vinis febricitãtiũ Symphonia ex Hippocrate, Galeno, Oribasio, aliorũq; medicorum documentis ad Hieronymũ Mõtuum peoniæ artis, ac Viẽnensiũ Archiatrũ, a domino Symphoriano Cãpegio Equite aurato, ac Lotharingorũ Archiatro cõposita.

QVum nuperrime idq; circiter Cal. sextiles. m. cccc. xxx. accitus fuisses Hieronyme amicorũ spectatissime ad viri cuiusdam illustris domini a sancto romano Diui Ioannis canonici curandam ægritudinem, tum etiam temporis ad consultandam cuiusdam viri grauis valetudinẽ cõuocatus fui: & cum & authoritate, & rerum opulentia polleret, ne forte mihi vni plus satis permittere viderer, vnum atq; alterum nostrę professionis admisi: hic Gallus Celta genere, ille Gallus Insuber non procul ab Asẽsi prouincia. Quum autem hic adesses, meo quidem suasu decretum fuit ab intimis, & necessarijs ægri nostri, vt huic nostræ consultationi tu quoq; ingenij tui sane perspicacis operam præstares. Ego [quia in primis medendi gratia accitus fueram] rem omnem ab initio aperui: meæ deinceps sententiæ suffragatus est Insuber gallus: post quem Celta gallus quid sentiret dicere iussus, aliqua ex parte nostræ subscripsit sententiæ: sed cũ vini mentionem incidissemus, non sine; controuersia acta res est, An vinum huic febricitanti competeret, cui exhibẽdũ esse censui, præsertim si vinũ fuerit albũ, debile, aquosum, & multa missione dilutum, & ex illo nihil incommodi fore [si modo Hippocratis, Galeni, Oribasij, ac etiam Arabum doctrinæ, & Pœnorum credendum sit] nec mea demum censura, sed & tua conuictus est mi Hieronyme, qui in meã sententiam facile descẽdisti, quippe cum ægri familiaribus dixeris, si penes te vnum esset curandi ratio, vinum prædicto quidẽ modo negatum iri minime, id q; Galeni authoritate octauo methodi de curandi modo, & tertio regiminis acutorum, vt fidelissime citasti: cuius sententiæ calculum (vt dicitur) adiecit Iacobus Sylui⁹ Ambianus, qui ad prædicti ægri curationem recept⁹ est: quamobrem aperte quidẽ & scribere, & demõstrare volui eiusdem ministros [si forte febricitãti vinũ porrexissent, cuiusmodi prędixim⁹] minime in errorẽ incidisse multis profecto rationibus. Primũ q; in senio cõstitutus circiter. lxvij. annũ: tũ quia vino a teneris nutri⁹: nec vnquã in secũda valetudie aquã purã biberit: hinc cõsuetudo tã in sanis q; ægris seruãda est, vt pote q; adscicitiã, acquisitiãq; naturã in corpib⁹ gignit: vt scribit Gale. li. j. de tuenda sanitate.

Consultatio medicorum Lugduncñsiũ.

Celtæ Lugdunenses dicuntur.

Cous Hippocrates, Galenus, Oribasij. Galenus meth. viij.

Ætas cõsiderãda in ægris.

Cõsuetudo seruãda, est enim secũda natura.

Conuenit autem cõsuetudo cum natura vbicũq; non enim leue pon
Galenus Meth.ix. dus habet consuetudo ad remediorũ intentionem, veluti nec ad sa
nitatem tuendã: vt idem Galenus metho. curandi. ix. Deinde patiens
noster vinum assidue efflagitauerat, incusans eos qui vinũ, quod lac
senum esse dictitabat, ei negarẽt, quum iam senior foret. Et vt semel
finiã, cum iam expergefactus esset, prædicaretq; sibi in somnijs vinũ
occurrisse, quod si biberet, salutẽ sibi pronũtiabat, atq; hæc minime
Erasistra tus. ignorasset, vt de Erasistrato narrat Galenus, si per somniũ aliquãdo
Multa p somniũ. cum peripateticis & medicis fuisset versatus: his accuratius exami
natis, meditatisq;, mihi tandẽ visum est operæpreciũ, vt vinũ album
eidem exhiberetur, ea quidem lege, vt esset vini quinta pars, reliqua
aquæ decoctæ. Et id, vt virtus inualesceret, ægrotãti aliqua ex parte
indulgẽdo: nam, vt inquit Cous, parum deterior cibus, & potus &c.
Proin lucubrationũ nostrarũ participẽ te facio mi Hieronyme Mõ
tue cũ ob artis peoniæ eruditionẽ, tum ob mutuã inter nos gratiam,
Sebastia nus mon tuus apol lineæ ar tis doctor Hierony mi pater. quã a paruulo vna cũ patre tuo Sebastiano mõtuo viro artis Apol
lineæ exercitato initam, nunc magis ac magis cõfirmas. Cura igitur
vt quod super hac re tuæ opinioni cõsentaneũ scripsimus, studiose
legas. Bene vale, nosq; (vt soles) symphoniace ama.

D. Symphoriani Campegij equitis aurati de vinis febricitantium symphonia ad Hiero nymum Montuũ Viennensem præ cipuum Apollineæ artis doctorem.

¶ An vinum competat febricitantibus, & quale ẽm Hippocratem, & Galenum.

Galenꝰ li bro. ij. na turaliũ fa cultatum. Dioscori des lib. ij. Hippocra tes, & Ga lenus. iij. regiminũ acutorũ. Galenꝰ in lib. de Eu chimia, & cacochi mia.

VInum alterum leuius, magisq; aereum, alterum gra
uius, ac magis terreũ: quorũ illud florem, hoc fecem
(arbitror) vocant: horum (inquit Galenus) si alteri
flauam bilem, alteri nigrã assimiles, minime pecces.
¶ In sanitate valet vinum (vt scribit Dioscorides)
modicum, & aqua dilutum: & sine periculo (inquit)
sumitur vinum, digeritur facile: albũ, tenue, & sto
macho accommodatũ est. Crassum nigrũ est, & ægre concoquitur.
¶ Vinum albũ (vt voluit Hippocrates) & aqua, & sequania bin va
lent in ægritudinibꝰ acutis, & inuenitur (vt scribit Galenus) vinũ
dulce apud vsum sui calefacere corpus calefactione temperata: vinũ
vero albũ, subtile vrinã prouocat, nec imprimit in caput debile vesti
gium oĩno, quod est, quia nõ calefacit manifeste. ¶ Albũ autẽ vinũ
(vt scribit Galenus in libro de Euchimia) nullũ est dulce. Albũ autẽ
insensibiliter infrigidat. Primo ad Glauconem, cap. de febre tertiana
inquit, Vinum album, & leue dabis. Nec mireris q̃ typum diximus
frigidis esse curandũ. ¶ Octauo Methodi, siue de morbis curãdis ita
prosequitur. Vinum vero ipse conscius es omnibus me eiusmodi na
turis concedere: sed quod tum aspectu, tum viribus sit aquosum: id
enim ad omnia vtilius quam aqua est, vt pote quod & cõcoctionẽ iu
uet, & vrinas, ac sudores prouocet. Constat autem & Hippocratem
non in diarijs modo febribus, verumetiã in acutis, ex ijs quæ de acu
tarum victu prodit, vinum dare.

¶ De vino febricitantium ex traditione Oribasij Sardiani.

VInum [vt scribit Oribasius] choleram per vrinas expurgat,
& animam suauem reddit, mentem, & sensum alacriores fa
cit, & virtutem præstat, si mensuratim bibatur. Vinum etiã
animi vigorẽ subducit, per tẽpora enim multa leuiter opore
tet bibere propter vrinarum curationis abundantiã, & vt sudoris mo
tionem faciat. hæc Oribasiꝰ. ¶ Et libro. iij. ciborum ita prosequitur,
aquosum vinũ nõ manifeste calefacit, ꝓpter quod sine periculo febri
citantibus datur: vinum autem album & austerum minus secundum
alia vina calefacit: vinum autem albũ & austerum, & nouellũ aper
te infrigidat. Infrigidat autem & acetum. hæc Oribasius in libro ci
borum ad Eunapium. Eodẽ enim in libro capite de cibis quæ proij
ciant, & extenuent, & aperiant, inquit. Album vinum vtile est, de pul
monibus eductionem faciens, confortando humores, & humectãdo,
& extenuando mediocriter: dulce autem vinum in acutis passiõibus
ad sputa mouenda vtile est, & iam digestis peripneumonicis, & pleu
reticis passionibus.

Galenꝰ ad Glauconẽ cap. viij. Galenꝰ in lib. de vi no dicit, vi num aquo sum secun dũ cõsistẽ tiã aquę lu cidũ, purũ neq; caput debile tan gens: hoc autẽ & fe bricianti bus impe riculosius datur alijs vinis, ete nim mali tias aquæ & vini ef fugit. Oribasiꝰ iu liani impe ratoris ar chiatꝰ in lib. ad Eu napiũ, qui dicitur Eu peristicõ. Oribasius in libro ci borum. Haliabbas iij. practi cæ.

¶ De vini exhibitione in febricitantibus ex Haliabbate.

HAli filius abbas libro tertio suæ practicæ capite quarto de vini proprietate sic inquit, vinum vero bibat, quod conuenientes, & concurrentes dabunt causæ, quæ sunt, scilicet corporis complexio, ætas, instantia temporis, regio, & cõsuetudo. Si ergo erit eius com
plexio frigida, ac patientis plurimi consuetudo vini, oportet vtatur
vino temperata qualitate, sed quantitas quidem maior sit, q̃ tempe
rata. Si autem fuerit complexio calida, nec multum ei in consuetudi
ne est vinum, sit eius potus paucus, & vinum album, subtile, multum
temperatum: plurimum dormiat, plurimum quiescat: febris enim fa
cile cessabit.

¶ De vini potu in febricitantibus ex Cõstantino monacho.

Constanti nꝰ. iij. pra cticæ, cap. xj. Constan tinus.

COnstãtinus libro tertio suæ practicę capite de Ephimera pro
pter laborem, sic inquit. vinum enim corporis penetratiuum
est coeunte aqua, cum eo dirigitur, & membra humefacit. Et
capite de cura ephimeræ propter angustiam, infit, vinum bi
bant quod non sit vetus, & multum mistum. Et capite decimosexto

frigidis

de phthisi,& ethica, inquit,vinum bibant roseum,vel dactylicũ,vel palmeũ.& cap.de ephimera quæ fit ex calore solis,ita scribit.Vinũ bibant; mistũ cum syrupo malorũ granatorũ,& violarũ.& cap.vij. de Ephimera propter aeris frigiditatem prosequitur.Potent vinum cum aqua calida multũ:multis operiantur indumẽtis,& iuxta eorũ latus apponantur carbones ignis,vt repugnẽt aeris frigiditati.

¶ De vino febricitantium ex Isaac filio Solomonis regis Arabum.

Isaac filio Solomonis regis Arabum.

¶ In libro dietarum particulariũ Isaac de vino ita scriptũ reperitur. Vinum autẽ subtile,aquosum semper inuenitur cũ albedine,& claritate:vnde facile est in stomacho:cito enim digeritur,ac venas perforat,vrinamq; prouocat:ideo vtile febricitantibus,quia nõ fortiter calefacit,neq; mentẽ percutit:nullũ etiam cerebro,vel neruis infert nocumẽtũ.Si vero fuerit mistũ,erit melius,maxime ad extinguẽdã sitim.¶ Et paulopost.Vinũ quod est debilissimũ actionem habet in calore minimã:proindẽ minus est cæteris nutribile,& plus alijs infrigidat:& calorem,& sitim extinguit,& vrinam prouocat:cito venas,omnesq; corporis penetrat poros,& velociter expellitur,proinde minus est cæteris nutribile. ¶ Et paulopost inquit.Si aquã cũ vino albo,& pontico bibimus miscam,subtiliat,& attenuat illam, summq; acumen mitigat:sicut aqua vinum merum tranquillat,oscq; stomachi confortat,& adiuuat ad deponendum omnẽ suam læsionẽ inferius.

De particularibus dictis Isaac. Proprietas vini aquosi.

¶ De vino ex traditione Ioannis vigesimi papæ Portugalensis.

De natura vini albi,insipidi.

¶ Ioannes papa natione Portugalensis,Petrus hispanus antea dictus,qui commento supra librum dietarum particularium scribit. Album vinum esse insipidum,vinum vero debile aquosum coagulatur a frigido:quia,inquit, in tali plures sunt partes aquosæ,& vinosæ: sed ratione tamen vinosarum partium non fit coagulatio. Vina aquosa prouocant vrinam,quia abundant in partibus aquosis:aqua autem non nutrit:ideo ille partes aquosæ cedunt in superfluitatem quæ est vrina:econuerso est de vino vinoso,quod cedit in nutrimentum.hæc ille.

¶ De vino ex opinione Auerrhois.

Auerrhoes. vij. Colliget.

¶ Septimo Colliget vinum aquosum, album,aromaticum in febribus laudatur,& hoc maxime,si non fuerit dolor capitis,aut bubo, aut aliquod tale contradicens.& in summa vinum.viij.terapenticæ plus ipsa aqua laudatur.In principio tamen febrium acutarũ,& tertianarũ virtute existente forti,& in iuuene competit potus aquæ, & hoc vbi non esset prohibens,vt viscerũ debilitas.Et concludendo post tot opiniones authorum ponam tres canones de exhibitione vini in febricitantibus.

¶ Primus Canon.

¶ Calidis,ætate iuuenibus, calido existente aere,ac regione,virtute forti,dieta calida vsis,iratis,forti exercitio exercitatis,ægritudine calida,causa calida,furiosis,siue phreneticis,& eiusmodi vinum nullo modo competere;videtur,nisi forte fuerit accidens de sui exhibitione,vt syncopis,ac animi defectus.

Quibꝰ dãdum sit vinum,quibus vero non.

¶ Secundus Canon.

¶ Oppositis vt senibus,aere existente frigido,regione frigida,virtute debili existẽte,ociosis,ægritudine frigida,causa frigida,& eiusmodi vinum competere videtur.

Quibꝰ maxime dãdum sit vinum.

¶ Tertius Canon.

¶ Mediis mediocriter,& cum prudentia dari potest vinum,& libertius:& hæc est sententia Gentilis,ac Cõsiliatoris differẽtia.clxxij.

Mediis mediocriter dãdũ vinũ.

¶ Confirmatio superiorum.

¶ Proinde qui volet ab honesto argumẽtari de vini vtilitate in acutis morbis,eum oportet virtutũ naturas probe tenere:hic antiquorũ rũ philoscriptorum, philosophorũ, medicorum sententias,scite dicta,item recentium medicorũ exempla oportet in promptu habeamus. Cæterum vtilitas posita est in circũstãtijs,& nascitur ex ipsa causa:quocirca pernicioſæ sunt vulgi opiniones de vino,quæ stultissime de rebus iudicãt:magnus enim erroris magister populus est:nec aliud magis laborandum est, quam vt medicinæ studiosum a populari sensu abducamus,& vindicemus. Assuescat vnusquisq; iam tum a puero veras habere de rebus,vt de vino,aqua,cibis omnibꝰ,opiniones;quesimul cum ætate adolescent.Porro magna ex parte licebit ordiri a commodis,ac vini vtilitate,& vt melius vini vtilitas,& quibus conueniat,ac prosit,cognoscatur, nonnullas ponemus conclusiones.

Antiquorũ philosophorum sententia, ac obseruanda. Populus erroris magr.

¶ Prima conclusio.

¶ Primum omnium suspecta medico sint quæcunq; multitudo magno consensu de vino in febricitantibus approbat,nisi ad illorum normam reuocarit,qui singula virtute metiũtur:nam(vt est in Platonis adagio)vulgus nugis pascitur.

Vulgus maxime errat.

¶ Secunda conclusio.

¶ In principio febrium putridarum,ac in processu concedi potest vinum debile, aquosum,album,commistum multa mistione.Fuit enim Gẽtilis arabicæ doctrinæ censor alioquin in medica arte de vino peritus,ac exercitatus vina suæ prouinciæ febricitantibus concedit, in febribus fortiora,potẽtiora,acutiora sunt,& Lugduni,aut Allobrogibus vel Forensibus,& hæc indicatione sumpta a se.

Opinio Gentilis de vino bus.

In qua cā cōpetat vi nū maxi me.

¶ Tertia conclusio.

¶ Sumendo indicationem a causa, & si tam in calida, q̄ in frigida cōpetat, directius tamē in calida: quia in calida valet vinū tale aquo sum, album, leue, subtile, dilutum multa mistione: & ratione causæ, quia choleram digerit: & ratione febris, quia infrigidat sic datum.

In feb. adu rente ali qñ conue nit vinū.

¶ Quarta conclusio.

¶ In febre non multum acuta, nec adurēte competere potest vinum commistum, ac dilutum: est enim virtutem maxime confortans.

Vinū vino sum nō cō petit ī pri cipio cho lericarum feb.

¶ Quinta conclusio.

¶ In principio febrium cholericarum non debet dari vinum forte, & vinosum, quia materiam moueret, agitaret, ac inflammaret forti inflammatione.

¶ Sexta conclusio.

In declina tiōe in oī febre cō petit vinū aq̄sum, ac vinosum mixtum.

¶ In febre ex flaua bili, siue ex cholera rubra facta, bili flaua iam digesta, ac iam euacuata dari potest vinum quodammodo calefaciens, aut vinum potens commistum multa aqua, & moderata quātitate: & sic Auicenna voluit, quia faciet digeri materiam, & transpirare p poros, & per vias vrinæ euacuare.

Auicēna. Amphi merina quā coti dianamvo cant.

¶ Septima conclusio.

¶ In amphimerina, quartana, & alijs febribus de frigida materia digestione, & debita decoctione facta potest secure dari vinum vinosum: & hanc voluit Auicenna de cura amphimerinę.

Ex pituita sunt āphi merinæ.

¶ Octaua conclusio.

¶ In principio febrium ex pituita genitarum putridarū citius debet dari vinum & securius, q̄ in principio cholericarum: quia sic non timetur inflammatio.

¶ Nona conclusio.

Consuetu do maxīe cōsyderā da ī ægris.

¶ Debet prudens medicus dare vinum, sumendo indicium a consuetudine: nam vbi consuetum est bibere vinum a principio nativitatis vsq; ad finem vitæ, vt in Gallia, germania inferiori, Italia, liberius cōcedi potest vinum in febribus, q̄ alibi vbi nō sic est consuetum. Et sic non est prohibendum vinum apud Gallos, italos, aut germanos febricitantibus: sicut apud arabes, & mahumetēses, quibus prohibetur ex lege, & ita non sunt assueti vinum bibere.

¶ Decima conclusio.

Virtus cō syderari de bet semp.

¶ In exhibitione vini debet consyderari virtus ægri: sic etiam consyderari debet ætas, an sit puer, iuuenis, an vero senex, & in senio constitutus: vinum enim lac dicitur senum.

¶ Vndecima conclusio.

Accidētis indicatio maxie cōsyderāda.

¶ Accidentis indicatio nonnunq̄ vincit omnes alias contrarias cōsyderationes, vt cum febre coniungitur syncope, damus vinum: mēsurari tamen debet secundum vehementiam febris, & secundū eius tempora: quare in principio febrium syncopalium de materia frigida dāt aquosum xij. methodi, de arte curatiua: & si fuerit de materia calida, dabitur magis aquosum.

Non cōpetit vinum quādo cōiungitur apostema.

¶ Duodecima conclusio.

Vnde dicatur vinū. Varro. Aristotel. Aruus Etruscus. Vinū tortinum.

¶ Si cum febre coniungitur apostema, vinum potens non videtur competere, quia materiam concitat: & sui subtilitate ducit ad locum putredinis, & maximevbi materia non fuerit frigida valde: aut ęgrio rudo fuerit in declinatione: nam vinū vinosum calefacit, mouet, subtiliat, penetrare facit, & materias crudas secum ducit, quare consyderā si in dolore rhenum conueniat vinum forte, & in cholerica, vt fit communiter a multis.

¶ Vltima conclusio de vini natura.

Protropū. Chium. Lesbium. Surrētinū Spoletinū Ceretanū. Fundanū. Aruisiū. Vernatio lum. Maluatię cum. Belnense. Diuionen se. Remense. Andegauense. Lugduñ. Vina febri citantiū.

¶ Vinum a vi nomen mutuatur: vt placet Varroni. Quatuor eiꝰ pręcipui sunt sapores, dulce, acutum, lenæ, & austerum: dulce minus inebriat, vt refert Aristoteles in problematibus: stomacho innatat, Austerum facilius cōcoquitur. Colores quatuor, album, fuluum, sanguineum, & nigrū. In Gallias autem primo vinum Aruus Etruscus vir clarus (teste Plutarcho) aduexisse dicitur: fuerat equidem ante vrbē vini penuria. Habuerunt antiqui cōpluria alia vini genera, Tortinū, nouissime expressum: Protropum, anteq̄ calcentur vuę sponte defluens, & a regionibus nomen adepta, Chium, Lesbium, Falernū, Cecubum, Setinū, Surrētinum, Calenum, Signinum, Taraconense, Spoletinū, Ceretanum, Fundanum, & ex Chio aruisium, Vernatiolum amabile, & ex Creta Maluaticum, quod vocant, cōmendatur. Sunt & apud Gallos compluria vini genera, Belnense, Diuionēse, Cadurcense, Mōtispedanense, Remense, Burdegalense, Aurelianēse, Andegauense, ac Lugdunense, quæ magis sanis conueniunt, q̄ febricitantibus. Alia sunt vina in Gallia debilia, magis febricitantibus, q̄ pituitosis conuenientia, vt sunt Parisiense, Lemouicense, forē se, allobrogense. Vino alij vtuntur, quod profit, alij quod mentem exhilaret, alij quod gustu ingerat voluptatem, alij cunctis de causis. Manifesta magis est vini efficacia in frigidis, & aridis corporibus: & in quibus minor insedit caliditas, vt in senibꝰ, & languidis. Primꝰ Aristheus mel vino miscuit suauitate præcipua, vt scribit Plinius: & mulsi nutritu multos, inquit, lōgam senectam tolerasse constat Pollionis romuli exemplo, qui centesimum annum excedens, cum a diuo Augusto hospite interrogaretur, quanam ratione vigorem illū gustę diuisset, mitis mulso, foris oleo respondit.

Aristei mistura ex melle & vino. Augusti quęstum.

¶ Aphorismi de vino ex sacris theologiæ authoribus.

¶ Ex traditione diui Ambrosij.

Ambrosi⁹ lib.de noe ca.xxix.

DIuus Ambrosius in libro de Noe & arca quærit, propter quid iustus Noe primum vineam plantauit,& nõ triticũ,aut ordeũ:vnde illud maiore sollicitudine soluendum(inquit)arbitror,quia iustus Noe prius quæ voluptaria,quam quæ necessaria sunt requirit:necessarij enim sunt fructus tritici,& ordei, sine quibus non possumus viuere:vinum autẽ voluptarium,& causa delectationis datum:quod quia iustus est,ideo sibi magis hoc quod secũdum erat, quam ꝙ primũ est vendicauit:necessaria em̃ alimenta viuendi Deo detulit,quod erat:superfluum autem vinum hominibus,& non necessarium:vinũ enim nõ pepercit suo authori:vinum tamen bibere licet,sed plurimum non decet. Vinum bibendi moderamine sumptũ non infirmitati est,sed saluti,atꝙ omnem alleuiat infirmitatem corporis:vnde apostol⁹ ad Thimotheũ ait. Vino modico vtere propter frequentes infirmitates tuas.

Vinũ non pepercit suo authori.

Ex diuo Ambrosio Cap̃.ij.

Lib.tertio Hexameron cap.xv.

VItor vitium,non author fuit Noe,nõ vitis author,sed plantationis:neꝙ enim,nisi eam reperisset ante genera tam,plãtare potuisset.Deus autem qui sciret quod vinum sobrie potum suauitatem daret,augeret prudentiam,immodice sumptum ad vitia causas daret, creaturam dedit,abundantiam humano arbitrio reseruauit, vt parsimonia naturę esset magisterium sobrietatis,abundantiæ noxium,lapsumꝙ temulentiæ sibi ascriberet humana conditio.

Ex lib.de Helia & ieiunio sancti Ambrosij Ca.iij.

In lib. de Helia ca. xiiij.

QVicquid nocet,venenum est : vina prætendis, venena suffundis.,Tollit sensus,viscera exurit,somnũ infert, caput vexat:etiam maior vis vini,ꝙ veneni est:denicꝙ venenum vino excluditur,non veneno vinum. Merito Deus per Mosen nõ solum veneno,sed etiam dracoDeutero xxxij. num veneno vinum comparauit,dicens. Furor draconum vinum eorum,& ira aspidum insanabilis.& pulchre additur, insanabilis:multi enim reliquorũ serpentũ veneno curantur, nemo ebrietate:veneno caro vulneratur,vino mens.

¶Ex lib.de penitentia diui Ambrosij Cap.iiij.

De pœnitentia ca. xiiij. Timothei j.cap.v.

CAuemus abundãtiam vini:vbi enim caro inebriatur, mens titubat,anim⁹ vacillat,cor fluctuat,ideo ad vtrũꝙ vtile præceptũ est,quo monetur Timotheus his verbis. Vino modico vtere propter frequẽtes tuas infirmitates:cum ęalet corpus,tradit vaporem:cum alget,morbi frigore caro refrigerat animam tuam:cum dolet corpus tuum,tristis est mens tua:sed tristitia in gaudium veniet.

¶Caput quintum ex homilia septima Origenis super Leuiticum:

ET loquutus est dominus ad Aaron dicens:vinũ & sicera non bibetis,& filij tui:tecum:cum intrabitis in tabernaculum testimonij,aut cum accedetis ad altare,& non moriemini.Lex euidens datur & sacerdotibus, & principi sacerdotũ,vt cum accedãt ad altare, vino absteneant ,'&omni potu quod inebriare potest. Est ebrietas vini pernicios̃a in omnibus:sola nãꝙ est quæ simul cum corpore & animam debilem reddit;in cæteris etenim potest fieri,vt secũdum Apostolum cum infirmatur corpus,tũc magis potens sit spiritus:& vbi is qui deforis est homo corrũpitur,ille qui intus est renouetur. In ebrietatis vero ęgritudine corpus simul & anima corrũpitur:spiritus pariter cum carne vitiatur,omnia mẽbra debilitat, pedes, manum,linguam resoluit,oculos tenebrat,mentem velat obliuio,ita vt hominem se nesciat esse,nec sentiat:habet ergo illud primo dedecoris corporalis ebrietas.

Aaron. Lex sacerdotum. Apostol⁹. Nocumenta vini.

¶Caput sextum ex nona homilia Origenis in Esaiam, de eo quod scriptum est,omnis vter implebitur vino.

VPer malo vino ista cõscripta sunt:de vinea Sodomorum,& de gomorra vuæ eorũ vuæ fellis,botrus amaritudinis in eis:venenum draconum vinũ eorũ,& virus aspidum insanabile. De bono vino hæc dicuntur. Calix tuus inebrians ꝙ præclarus est:& sapientia conuocat ad craterẽ suũ,dicens. Venite manducate panes meos,& bibite vinũ quod miscui vobis. Est ergo vinũ de sodomis,& est quod miscuit sapientia:rursumꝙ vinea facta est dilectio in cornu, in loco vberi, plãtata a Deo,quæ vocatur vinea Soreth,electa quidem inter omneis vineas:mirabilis aũt est alia vinea Ægyptiorũ,quã percutit Deus, secundũ id quod scriptũ est,percussit in grandine vineas eorũ,& ficus eorũ in gelu.Consyderemus ergo oẽs hoies figuraliter capaces esse vini;nec aliud eis possumus nomen imponere,quam capaces vini,quã vtrẽ,& dicere,quia nec homo plenus sit vino de vinea Sodomorum, & Ægyptiorum,plenus sit vino inimicorũ Israel. Sanctus vero & iustus ac is qui in virtutibus proficit; plenus sit vino de vinea Soreth,vino de quo scriptũ est, Calix tuus inebrians ꝙ præclarus,vino quod miscuit sapientia.

Vinea Sodomorum. Vinea Soreth,electa a deo. Nocumenta vini.

¶Ex homilia.xj.cap.iij.in epistolam ad Timotheum sancti Ioannis Chrysostomi Cap.vij.

INtuere aũt sapientiam Pauli,cum enim sacerdotes, ac dyaconos monere pergeret,qui huius ministerij dignitatẽ accepissent, nõ passim indulgere vino,nõ ait, nõ ebriosos,sed neꝙ vino multo deditos:nã si illi qui in tẽplo illo carnali ministrabãt a vino penitus abstinebãt,quãto magis hos esse decet abstemios:nã vinivsus immodicus in amẽtiã deijcit,ac nisi ebrietatẽ inducat,aię tñ robur exoluit, omnemꝙ illius virtutem,ac substantiã debilitat,& prorsus eneruat.

Pauli sapientia de vini consilio.

De uini natura ex sacris literis.

¶ Ex eodem Chrysostomo homilia quarta, capite secũdo, In epistolam ad Titum Cap. viij.

Præceptũ pauli de vino in senibus.

SEnes sobrij sint, inquit Paulus, non vino multo seruientes: nam quod ætate frigescant, magno potationis inseruiunt studio: quocirca hinc maxime admonet, vt omnibus expertibus ebrietatis vinum amputet, cupiens ab hoc morbo esse remotissimos, atq; irrisionem quæ hinc exurgit effugere: namq; facilius vapores ex infimis ad superiora feruntur, ac cerebrum occupant, & caput hinc lædi

Nocumenta vini.

tur: atq; inde maxime ebrietas fit: habet quidem vino opus hæc ætas, cum maxime infirma sit, cæterũ temperato. Eadem admonitio adulescentulas tangit: verum non eadem ex causa, sed ideo quod ex vini potatione vehemens libidinis incenditur flamma.

¶ Ex eodem Chrysostomo Homilia prima Antiochiæ habita. Cap. IX.

Paulꝰ apostolus.

COgit Paulus non a principio, neq; ab exordijs hoc cõsilium de vino Timotheo discipulo, sed postq; vidit omnem virtutem deiectam, tunc consuluit, neq; hoc simpliciter, sed cum prædefinitione quadam: non enim simpliciter dixit, vino vtere, sed vino modico, non quod hac admonitione, & consilio Timotheus egeret, sed quod nos indigemus: idcirco ad illum scribẽs, nobis bibendi vini mensuram, & terminos statuit: tantũ bibere iubens, quantum valetu

Mẽsura vini seruanda.

dinem adiuuet, quantum corpori sanitatem præbeat, & non alterum morbum: non pauciores enim quam continuatus aquæ potus, sed multo plures, ac difficiliores animi, & corporis morbos immodica vini parit potatio, passionum, bellum absurdarum cogitationum, hyemem menti interducens, & corporis vim meliorem, & salubrio-

Dauid propheta.

rem efficiens: vinum enim a Deo datum est, non vt inebriemur, sed vt sobrij simus, vt delectemur, nõ vt doleamus. Vinum [vt inquit Dauid] lætificat cor hominis: tu vero ipsum materiam facis tristitiæ: vi-

Paulꝰ apostolus.

num datum est, vt corporis imbecillitatem corroboret, non vt animi sanitatem exterminet. Paulum audiamus dicentem, vino modicovte re: etenim ipsum modicum propter infirmitatem permisit, quod nisi imbecillitas vexasset, neq; modicum admittere discipulũ coegisset.

¶ Caput decimum ex Tertuliano in apologetico, aduersus gentes. Cap. VI.

Canon de mulieribꝰ

CIrca fœminas quidem etiã illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur, cum aurum nulla norat præter vnico digito, quem sponsus oppignorasset pronubo annulo: cum mulieres vsq; adeo vino abstinerent, vt matronam ob resignatos cellæ vinariæ loculos sui inedia necarint. Sub Romulo vero quæ vinum attigerat, impune a Mecẽnio marito est trucidata.

¶ Aphorismi de vini natura ex philosophorum, oratorum, ac poetarum documentis.

Properti⁹

OVando, vt de ciborum inutili onere interim taceã, cui tamen nauigatur ad phasin, notissima est ac præcipue memorabilis Propertij sententia. Vino forma perit, vino corrumpitur ætas. Vino sæpe suum nescit amica virum. ¶ Aristoteles septimo politicorũ scribit pueris, & nutricibus vinum haud quaquã impertiendũ: sedvt

Aristotelis sñia.

ipse interpretatur, cuilibet ætati periculosum vinum: nam & Auerrhoes super Auicennæ canticis in loci eius enarratione non ita magni faciendum vini haustum nimium, parcissime id videtur homini concessisse: nam priores [inquit] iuuenibus minime vini vsum permisisse aduertuntur: quod huius ætatis vigeat præcipue calor, parum vero quiddam senibus concessere, ac decrepitis.

Plato de vino.

¶ Vinum a Deo hominibus contributum Plato scribit, quasi remedium aduersus senectutem, vt redire ad iuuentutẽ videantur: & mœstitiæ eos capiat obliuio.

Terrarum principes.

¶ Terrarum quoq; principes, & quos non irruentes hostium numerosi exercitus, nec volãtia tela, aut e machinis vasta mole, & ruinis sappulsa, excusaue contriuere fœda vini desyderia, deiecere in imũ, & velut captos iure belli ante triumphales currus duxere catenatos.

Alexãdri magni vilentia.

¶ Alexandrũ vastissima terrarũ trãsmissa spacia cũ hoste barbara feritate terribili tã numerosa prælia, tot hyemes imbrium, & frigoris horrore deformes sub pellibus transactæ, tot locorum, ac temporum inenarrabiles pene difficultates, tot fluminũ ex ignotis, puinciarũ vastitas, ac denicq; tot tantorũq; mariũ formidabilis, & procellosa magnitudo inuictũ tñ, acvelut Deũ humano in corpore hospitantẽ seruarunt. Sed eñ [mirũ dictu] bibendi infatigabilis, & herculaneꝰ ille, ac fatalis scyphus condidit, hinc fœda maiestatis eius suggillatio inter pocula amicos indignatione rapida, & vinolẽta trãsuerberãtis.

Antoniꝰ triumuir.

¶ Marcum Antonium alioqui magnum virum, & ingenij etiã emi nentis quæ res alia in pernicie cõiecit, q̃ ebrietatis malum?

Ennius.

¶ Dignũ porro ex Annaliũ memoria relatu illud, Ennium, de quo est apud Silium Apollinis celebre vaticinium, illis versibus. Hic caret illustri primus bella Itala versu, Attolletq; duces cælo. Articula

Silius.

Serenꝰ saxi consumptum morbo, quẽ ex immodico vini vsu contraxerat. Quã rem egregie perdocet Serenus. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, hoc vitio tales ferrur meruisse dolores.

moniacus Solon vnꝰ ex septẽ sapientibus.

¶ Solon vnus e septẽ morte principẽ esse mulctandũ legem sanxit, si deprehẽderet ebrius. ¶ At ebrios Pittacus cũ peccarent duplici dignos incõmodo statuit. ¶ Nõ tẽpero mihi quin parte ista seueriorẽ

Pittacus philosophus.

inferã Senecæ censurã: hoibus [inquit] inter oleũ & vinũ occupatis ad votũ dies agit, si bene desudarũt, & in locũ eius quod effluxit, multũ potionis alteri⁹ ieiuno gutture igesserũt: bibere ac sudare vitacdiaci est. ¶ Noe femora ex ebrietate nudauit: Loth aũt quem Sodoma non vicit, vina vicerunt.

Senecæ censura.

Noe.

Loth.

Canones apostolorum.

¶ In Apostolorũ canonib⁹ eps, aut presbyter, aut dyaconus aleæ, aṫ ebrietati deseruiens aut desinat, aut dãnetur. Apostolus vero ait: bonũ est vinũ nõ bibere, & carnes nõ comedere: vinũ em̃ cũ carnib⁹ post diluuiũ dedicatũ est.

Platõis de vino approbatio.

¶ Plato ille philosophorũ aquila liberaliorem aliqñ vini vsum approbasse videtur primo de legibus: sic enim retegi facilius hoĩni mores putat. Quin Seneca quoq; ille stoico supercilio mire grauis nõnũq̃ [inquit] & vsq; ad ebrietatẽ veniendũ, nõ vt mergat nos, sed vt deprimat curas. Succinã mihi Euripidiũ illud deverere, tralatũ ad vinũ. Adsis quidẽ mihi, sed temperatũ, moderatũq; nec desis.

De vini ebrietate ex Auicenna, Rasis, & Auerrhois sententijs.

¶ Mirari vero me plurimũ fateor in vinolẽtiæ pragmatia ista medicæ sciẽtiæ Arabũ imprimis quorundã, nõ sine cũctatione, pferẽdã sententiã: quippe primo canonis scribit Auicẽna quibusdã visum, si mense bis, aut semel modo admittat ebrietas, insigne sentiri emolumentũ, quod somni profundioris rõne, virtutibus animalibus allevet, uiamẽtũ inducat, & quies. Itẽ prolicial fudor: ac quę supfluũt, resoluãtur. Adde q; Almãsoris quarto Rasis pœnus duplicẽ in mense cõprobat ebrietatẽ, cuius canticis adijcere calculũ agnoscitur Auicenna, quãq̃ simplex ei arrideat ampli⁹, quã tamen illius interpres Auerrhus egregie improbat, malũ em̃ esse vtiq; ebrietatẽ, quod hepatis inde ac cerebri vitietur cõstitutio, imbecilliores fiant nerui, vnde tremor, & cõuulsio inoriatur, & paralysis, sed & apoplexia, obstipatis spirituũ animaliũ meatib⁹, humecta cerebri ptãte auct⁹ redũdante.

De cicuta.

¶ Sicuti hoĩ venenũ est cicuta, cõsimiliter & cicutæ vinũ, nõ simul q dẽ, sed haustũ mox.

Auicennę opinio.

¶ Sciendũ vero summos artis medicæ ac philosophiæ authores vinũ extulisse laudibus, quod primo canonis Auicenna, ac octaua methodi de curãdi modo Galenus subtile nuncupãt, albũq; : quippe nec capitis dolorẽ cõcinnare, ac insigniter humectare: proinde bilio sis cõgruere præsertim, sanguineisq;, ira itẽ, vel insolẽtia, aut exercitio succensis. At perpẽsione forsan non indignum censeat aliquis, cuiusnam modi vinum esse id arbitremur.

Galenus.

¶ Aquosum arbitrãtur eruditiores, quod [docẽte Galeno] colore ac substãtia, sitũ tudinẽ præfert aquę. Diaphanũ qppe visitur, lucidũ, purũ, subtile, & aquæ multæ impatiẽs præcipue: ṗinde veterib⁹ nũcupatũ secundum Olygophorũ, id est, si permittit, pauciferũ: nã e diuerso superi⁹ adnotarunt, multæ patiens aquæ, cuiusmodi vinosum forte appellãt me dicorũ scholæ, & Oribasius, Isaac, ac Ægineta Paulus, id validius intelligunt, sole incoctũ, & ventis purius, defecatiusq; factũ. Isaac tamẽ in nõ febrictibus aquosum censet vitari vinũ oportere, ac debile, auesterumq;. Extat græcũ distichon de perniciæ quã fæpicule cõcinnat vinũ, qd⁹ balneis inscriptũ qñq; legim⁹. Balnea, vina, venus corrũpũt corpa nostra: Sed vitã faciũt balnea, vina, venus.

Quid vinũ acetosum secundum Galenum Oribasius Isaac, Paulus.

De vino dulci.

¶ Medicorũ sciẽtissimi dulce vinũ adijciũt eẽ natura viscidũ, & meatus, quos græci poros, & vniuersim scholæ nũcupãt, offercire, præstare q; : ṗinde ex dulci potu nõ fere qcq; in caput euaporare via præfarta, cõstipataq;: quare Cous tertio regiminis acutorũ ait dulce potũ min⁹ caput aggrauare, quã vinũ, & mentẽ pcutere min⁹ : porro &

dulcis vini ebriosum dicimus neminẽ: qm̃ dulce vinũ saporẽ nullum obtinet vini, ṗprũ, sed alienũ reddit oĩno: ṗinde dulcis rei, nõ vini auidus diceẽ verius, q vini dulcis desyderio teneẽ. ¶ Scribit Athenę⁹ Troezeniũ vinũ sterilitatẽ inducere bibẽtib⁹, sicut in Achaia abortũ.

Athenei sententia.

¶ Scitu dignũ & illud. Sicut in musicis astruũt canonici hemiolũ symphoniã cõficere, quæ p quinq;: diplasiũ vero eã, quæ p octo: at eã quæ p quatuor, Epitrito cõstare. Compari modo & harmonicil diony siaci tres puiderunt vini symphonias ad aquas, p quinq;, per tria, per quatuor: sic quidẽ concinentes vel quinq; bibere, vel tria, aut ne quatuor: hemiolia nãq; cõsurgit rõ, vbi duæ sunt vini partes, aquæ tres. Diplasia vero admistis duabus, Epitri rõ est cũ trib⁹ aquæ partib⁹ vna infundit vini: quæ sane in potu frugalitas cẽtenarijs paccõmoda Romanorũ cœnis agnoscit, in quas vltra centum æra insumpsisse fraudi erat, q; Septimi⁹ Florẽs scribit.

Symphonia de vino ex musica.

Devini mistura eũ aqua.

¶ Adijciamus illud Platonis ex Cratylo dici a Græcis vinũ qd⁹ existimatione, ac opinionũ vanitate mẽtẽ oppleat, vel ab emolumẽto. Qd⁹ illud cõprobat homericũ, iuuamen senties, si biberis. Iis calculũ adijcit poeta Cyprius, vinũ Menelae fecerũt Dij curis dissipãdis vel prẽstãtissimũ. pergit deinde, bene sentiẽtibus [inquit] tria tm̃ ṗpino pocula, Sanitati primũ, amori alterum, ac voluptati: tertium denicq; somno, quod vbi hauserint sapientes vocati, mox dominationem capessunt, quartum non vticq; nostrum opinor, sed iniurie. ¶ Moderatus omnino vini vsus laudatur, qui in tãta apd⁹ veteres fuit obseruãtia, vt Hesiod⁹ sic scribat. Tris est, Tris lymphę partes quartæ fas addere vini. & hoc etiã cũ exhilaraẽ anim⁹, in festis fieri iubet. Atheneus etiã dicit græcos duos vini cyathos ad qnq; aquæ dilutos bibere solitos, vel vnũ ad treis. Veteres græci merum aquæ, nõ aquã mero addebãt: vt facili⁹ misceret vini quãminimũ: vt autor Theophrastus.

Platonis sentẽtia ex Cratylo.

Cyprius poeta.

Hesiodus

Atheneus Theophrastus.

¶ Panyasis q de obsonijs scripsit primã potionẽ distribuit gratijs, horis, & Dionysio, secũdã veneri, & itẽ Dionysio, tertiã ṗbro, & damno. Sed ad numerũ & memoriã amicorũ antiqtus bibebãt, nõnulli gratiarũ, aliqui musarũ.

Panyasis. Tres potiones.

¶ Plato ille philosophorũ monarcha de legib⁹ iubet pueros vsq; ad ætatẽ. xviij. annorũ a vino abstinere, q; nõ sit necesse ignẽ igni addere: inde ỳo vsq; ad. xl. modicevti: post eã ætatẽ sc plusculũ iuitare advitæ tædiũ, leuadũ: ṗterea mãcipia oia, fœminas, magistrat⁹, oratores, q cõsulũt reip. cõiuges item primo nuptiarũ die, reliquo ẽt tpe modicę, dũ, pli vacãt: cui nocet vino grauẽ esse, ptusq; ignauos reddit. Qd⁹ ẽt, ṗbare vr Aristoteles, vbi dicit ebriorũ genituã esse infœcundã, Romanis quoq; mulierib⁹ simul & seruis iterdictũ.

Lex platonis devini abstinentia.

¶ Cicero ægrotis vinũ, phibet li. iij. de natura deorũ: qa [inqt], ṗdest raro, nocet sępissime: meli⁹ est nõ adhibere, quã spe dubię salutis in aptũ piculũ icurrere. Locrẽses, zephyrij, [vt est author Atheneus] ex lege zaleuci vino vti capitale ducebãt, vt hodie quoq; Saraceni nõ tã ex lege Mahumeti, quã ex antiqua gentis, Arabũq; cõsuetudine.

Ciceronis præceptũ de vino.

¶ Alexander aphrodiseus in problematis ait aquæ potores visu esse, & cæteris sensibus acutiores: vinum namq; copiosum spiritalibus vijs sensus magnope obstruere. Deniq; in nostro dogmate nullũ celeri⁹ iter ad arduas virtutes cõsequẽdas, quàm

Alexãdri aphrodisei problema

Vini vtilitas.

vini,carnisq; abstinentiam: cum pluribus in locis sacrorum voluminum aquæ diuina sapientia comparetur.

Mnesitheus phisicus.

¶ Mnesitheus philosophus ait.Vinū modice sumptū animæ,corporiq; robur addere:secus vero præter modum:ideoq; Dionysium medicū vocant:vnāq; ex eius Nymphis hygieten ex sanitate appellari. Socrates apud Platonem laudat vinū in conuiuio modice sumptum,& haud aliter ꝙ Iouis imber plantas leniter irrorans,vegetiores facit, ꝙ impetu descendens:ita merum moderatum virtutem excitare,alacrioremq; animū ad officia reddere,immodicum vero obruere:neq; enim pollinctura,funeralesq; epulæ alia de causa iucundæ,ꝙvt per vini,cibiq; recreationem defuncti desyderiū,ex eoq; mœstitia comprimatur.

Socrates.

Commendatio vini ab Asclepiade medico.

¶ Asclepiades inter medicos percelebris vinū mag nopere cōmendauit,nec ægrotis negauit:cuius proximā Dijs naturam dixit:eius laudibus,& virtutibus librum etiam dicauit Homerus. Vt pellant homini curas Dij vina dedere. Defectis aūt inedia,purgationibusq; consumptis corporibus saluberrimū est,inflammationibus omnibus inimicum.Omnino autem rarus,breuisq; potus in tuto est,ex Hippocratis oraculo illo,Nihil sitire,seu bibere nullam habet rationem:in hac enim re voluptati magis aut consuetudini,ꝙ necessitati indulgem?. ¶ Hoiem oīo potu posse carere docuit Iuli? viator eques romanus,qui ob intercutis morbum nihil penitus bibere paulatim assuevit. Ante omnia ventri vt dominetur,decet:quo sine nihil est pulchrum dicere,aut facere:magistra consiliorū est frugalitas prudentium.Quotquot philosophantes excudunt aliquid,ante omnia ventri vt dominentur,decet.

Iulius viator Romanus eques

Plutarch?

¶ Vinum enim [vt Plutarchus scribit] & caro vires quidē maiores faciunt:verum mentis impediunt actiones.Et si ad bellum eligere velimus virum,a quo maxime seruemur,eum minime indulgētem vino,somnoq;,ac cibo eligamus:vel si in morie liberos nostros,ac virgines alicui commendare,huiuscemodi viro,non autem seruo committamus.

De viris claris qui vino dediti fuere.

¶ Vinum multorū egregias virtutes legimus obscurasse:legimus apud Atheneū,Imprimis Antiochus magn? dies totos dormire solebat ob vinolētiā,vesperi excitabatur.Lysander dux Lacedæmoniorū vir alioqui cæteris in rebus frugi,vino tñ dedit?.Inter vini amatores etiā Demetri? qui Romæ obses fuit.Itēq; Olofernes Capadociæ rex, Alexander macedo,vt superius dictum est,ab ebrietate duos dies, totidemq; noctes dormiebat:quare in re venerea imbellis erat:quod (teste Aristotele) vinolētorū genitura aquosa sit. Dareo illi q magos sustulit in epigrāmate sepulchri inscriptū erat,potui & multū vini potare,& hoc probe ferre. Vinolēt? erat & Dionysi? iunior tyrānus, ex quo corruptos habuit oculos,auream coronam bibentibus proposuit,quā vicit Xenocrates philosophus. Alexāder prænio etiam Indos,qui maximi potatores erant,inuitauit. Quidam Choas dicitur bibisse,talentumq; tulisse,ac biduo tantū vixisse. Mithridates

Lysander

Demetri?

Olofernes.

Alexāder

item polyphagiæ,ac polyposiæ argenteum talentum proposuit. Ex omnibus heroibus Nestor ab Homero ponitur potor,& idem Agamennon vt ab Achille incessitur. Vt poetas quoq; attingam,& altos viros doctos,Anacreon,& Alceus lyrici,& Aristophanes Comicus in ebrietate multa scripsere,Æschylus item,de quo cauillans dicit. O Æschyle si ea quæ conueniunt,facis,non tamen cognoscens facis.Plærūq; tamen in poetis contra euenit.Horatius. Abstinuit Cererе,& Baccho.& Iuuenalis'. Ac toto vinum nescire decembri. Et apud Plinium. Protogenes in Lalyso pingendo plures dies lupinis tantū madidis vixit. Minos legem a Ioue accepturus apud Homerū nouem dies in cauerna summa est vsus abstinentia. Apud Hebræos Moses,& Helias,& apud nos Christus dies.xl.

¶ Romulum regem dicunt ad cœnam vocatum,ibi non multū bibisse,quia postridie negotiū haberet:ei dicunt,Romule,si istud oēs homines faciāt,vinū vilius fit.Is respondit,immo vero carū,si quātū quisq; volet,bibat:nam ego bibi quantum volui.

¶ Bacchum,teste Seneca devitæ tranquillitate,liberū dixerūt,quod animum a feruitio curarum liberet,algorē expellit,somnūq; conciliat:at copiosius haustū caput turbat,stomachū lædit:vnde Plinius prorsus (inquit) vt iure dici possit:neq; viribus corporis vtili? aliud, neq; aliud voluptatibus pernicios?,si modus absit:hinc scatet ebrietatis libido portentosa,pallor,genæ pēdulæ,oculorū vlcera,tremulæ manus,effundentes plena vasa,& quæ fit pœna præsens,furiales somni,& inquies nocturna,hinc ex ore halitus fœtidi,hinc rerum omniū obliuio,morsq; memoriæ:nam vapore cerebrum debilitat, membra remollit:vnde pueris & nutricibus nō esse dandum monet in libro de somno Aristoteles.

¶ Inuenimus in historijs Egnati Metelli vxorem,ꝙ vinum bibisset e dolio,interfectā fuste a marito,eūq; cēdis a Romulo absolutū:& Fabius Maxim? in annalib? scribit matronā,ꝙ loculos in quib? erant claues cellæ vinariæ resignauisset,a suis inedia mori coactā. Ex hoc institutū est propinquos ōminis osculū dare:vt scirent an temetum bibissent [hoc tum vino nomen erat].

¶ Ægyptijs quoq; regib? certa erat statuta vini potādi mēsura:qua neq; farcirī vēter,neq; inebriari possent:nam regibus (vt est in prouerbio Solomonis) vinū minime dandū est:quia nihil secretū,vbi regnat ebrietas:ne si forte bibant,obliuiscantur iudiciorū,& mutent causam filiorū,& pauperis. Quare festiuiter dixit Plautus,vinū lucta tor est dolos?, pedes captat primū. ¶ Sapientis viri sup mēsam celebre dictū est,prima cratera pertinet ad sitim,secunda ad hilaritatē,tertia ad voluptatē,quarta ad insaniā:hinc ebrietatem esse furoris voluntariam speciem.

Symphoriani Campegij equitis aurati
Fauergiæ domini de vini natura Finis.

Disceptatio de secanda uena D. Symphoriani Campegij Lotharingorum Archiatri Epitomatica disceptatio, qua docetur per quæ loca sanguis mitti debeat in uiscerũ inflammationibus, præsertim in pleuretide.

Quatuor humorũ symphonia.

OVemadmodum mundus arte mirabili, ita etiam homo quatuor constare videtur elementis: sanguine, pituita, & vtraq; bile, tam atra, ☿ flaua. Nam sanguis aeri assimulatur, pituita aquæ, flaua bilis igni, terræ vero, quæ atra dicitur, bilis. Gustu porro sanguis dulcis, pituita salsa, flaua bilis amara, atra bilis acuta.

Humorũ generatio & origo.

Fons sanguinis est cor: ex sanguine spiritus: sed per cordis partem dextram manat sanguis, per sinistram promicat spiritus. Flaua bilis ex iecore, atra ex splene, pituita ex cerebro. Est vero sanguis calidus, & humidus, pituita frigida & humida, flaua bilis calida simul & arida: atrabilis arescit cũ frigiditate. Quod aũt hominũ alij sunt hilares, tristes alij, causa (vt inquit Hippocrates) in elementis est: nam qui defecatissimi sunt] sanguinis, ridibũdi fere sunt visu,

Hippocrates.

corporeq; floridi, & quandoq; coloris venusti. In quibus vero flaua exuberat bilis, agiles hi, leues mente, ingenij celeris, & iracũdi. Qui

Cõplexiones quatuor.

atra, bile abundant, inertes sunt, pusillanimes, timidi: at pituitosi, segnes, & frigidi. Ex pituitæ dulcis affluentia somni copiam profluere coniectant medicorum scholæ, velut ex acetosis famem, ex salsis sitim, ex crudis sitis interpellationem. Inter humores vero sanguis longe præstantior censetur: siquidem est spirituum materia, quibus maxime stat vita: & virtutis vegetatricis operatio, atq; itẽ animalis: proinde naturæ thesaurus habetur: & [vt Plato inquit] carnium, & vniuersi corporis pabulum: quo pereũte, cõfestim insequatur mors. Qui igitur de sanguinis missione speculantur, vnũ sibi principaliter proponant: oportet nempe vt quæ corporis affectiones euacuatione indigeant, consyderent: ac deinde alterum: quænam ea quæ sanguinis sit

Sanguis inter humores prę stantior.

Quid sanguis, quid vero spiritus.

detractione, cum sanguis spiritus sit fomes, & vitæ thesaurus. Multi enim sunt affectus qui euacuatione quidem indigeant, sed non sanguinis missione: at nos sane etiam compẽdij nimirum causa de sanguinis missione in pleuretide quod ad mörbum pertineat docere intendimus. Mox autem de venis quæ veniunt secandæ: nam de istis quæsitum est multum: nihil ne referat, quam quis secare venam velet in pleuretide, an sicuti Galeno, ac prope medicorum clarissimo cuiq; visum est, multum intersit: hanc an illam, & ex qua parte incidere. Quocirca neoterici, at nouitij medici talem mouerunt quæ-

Neotericõ opinio.

stionem. An in pleuretide inter initia sanguis ex aduersa parte sit rũ ac Arabum detrahendus, ex latere dextro affecto, mittendus inter initia ex brachio sinistro. Ad quam quæstionem recentiores medici Arabum doctrinam amantes, & Auicennã sequentes respondent, ac contendunt Auicennę in interiorum membrorum, ac viscerum inflammationibus, venam reseandam. Hunc opinioni obnoxij sunt Arabes omnes, vt in eorum libris videre licet, quos totus iuniorum medicorum chorus imitatus Oribasius est, & in primis illorum alter Solomon Auenzoar Arabs origine, & si Hispanus Hispalensis natiuitate fuerit, qui meminit quorundam Brissotus sui temporis sentientium, et rationes afferentium sophisticas, vt parisiẽsis ipse putat, an legitimas, ignorat noster Brissotus. Potest enim [inquit] verũ & ex veris, & ex fallis, item & recte, & vitiose colligi: is Auenzoar ex solo aduersi lateris sanguinem detrahit: nec rationem, nec cognomẽ aliud adducit, quam patris sui vsum. Credo [inquit Auenzoar] to sapiens certissime quod hoc est omnino mors ægrotantis. Credit certissime; Auenzoar, ergo nescit nec per rationem, nec per experientiam.

Galenus, Oribasius auenzoar apud Arabes.

Authoris opinio.

Brissotus tamen [vt asserit] frequentem huius rei experientiam, habuit: quod valde & subito conferat. Ego vero hoc anno; millesimo quingentesimo trigesimo optimo, in præsentia Renati villaterij tria in pleuropharmacopolæ expertissimi experientiam apud Lugdunum habui retide. In quodam mercatore qui pleuretide laborabat: sanguinem e dextro misi, & citõ curatus, & sanus factus est. Credit Auenzoar quod hoc fit omnino mors infirmi, sed dicendum potius cur crederet: non autem [infit] Brissotus conuiciandum tam sordide, verum hunc suis verbis reprehendere, aut certe aspernari facile est: qui subdit se credere non posse fieri quod quis a pleuretide perfecte sanari possit ante sexagesimum diem: euacuata enim causa, non tam diu durat morbus, & post sanationem non est metuenda recidiua, quod suo mea dendi more metuendum est. ¶ Rases in. ix. ad Almãsorem. Vbi corpus valde plenum est, ex aduersi lateris brachio alias affecti: sed alio loco maxime in libro diuisionum aliter sentit, & sibi pugnat. ¶ Ioã. Rasis de sanguinis missione.

Rasis de sanguinis missione.

¶ Auicenna sine determinatione primum ex cruce e directo, Mesuæ ex deinde ex brachio aduersi lateris bis, prius ex basilica, deinde ex mediana, vel nigra, & post aliquot dies ex affecti lateris brachio, tandem Auicennę lateri cucurbitas adhibet: sed quãtum ea in re a veritatis tramite deeries Mesues, vt aliqd adderet, distinguit de principio, siue fluẽte materia, & fluxa. Itẽ de plenitudine maiore, aut minore, & de toto, aut parte.

Auicennæ opinio.

uiauerint Arabes, lucidissime ostendemus. Primum igitur omnium
Arabum opinio. peruersam hanc Arabum, ac Pœnorum, recentiorumq; opinionẽ ve-
terum authoritas explodit, atq; conuincit, qui in omnibus interiorũ
viscerum inflammationibus venam quæ e directo loci affecti est secã
dam docent.

¶ Opinio prima quæ est Hippocratis.

Lib. j. de victus ratione. Hippocrates libro. iiij. de victus ratione in morbis acutis
de curatiõe pleuretidis, & peripneumoniæ agẽs in hãc
scribit sententiam. Si dolor ad superiores partes exten-
ditur, vt ingulũ, mamillã, brachium, internam brachij
venã secare oportet ab eo videlicet latere, quod dolore
Libr. j. de morbis. fuerit affectũ. Idem docet Hippocrates libro. j. de more
bis, vbi iterũ de peripneumonia, & pleuritide loquitur, ita inquiens.
Lienarem venam manus huius, vel iocinoralem pertundere cõferet,
Lib. vj. epidimiarum qua morbus fuerit: sicq; dolor lateris, aliorumq; lenitur: id quod idẽ
Hippocrates sexto Epidimiarum libro confirmat, inquiens. Dolorẽ
proximum ventriculum purgare; sanguinis autem ventriculum diui
dere, seu secare conuenit.

¶ Opinio secunda Galeni.

Lib. de cõstitutione artis. Galenus libro de constitutione artis medicinalis capite
vij. infit. Quoniam ex vicinioribus, & communioribꝰ
patientis particulæ venis fit euacuatio & optima, & fa-
cilis, hæc ille. Accedũt huic sententiæ & ea quæ scribũ
Galenꝰ li. de phlebotomia. tur per eundem Galenum libro de Phlebotomia in
hunc modum. Reuulsio e directo facta euidens iuua-
mentum celeriter ostendit; at econuerso nequaquam: magnifice enim
opitulatur spleni male affecto sanguinis ex sinistra manu euacua-
tio. At vero deinceps & in pleureticis venæ sectio e directo lateris
affecti facta præsentissimã vtilitatẽ sæpenumero ostendit. Ex oppositæ
Verba Galeni. aũt manu vel non magnam, vel certe tardam, doloresq; oculorum
vehementissimos sæpe infra vnam diem sedauit e directo missus san-
guis. Et paulopost Adeo, vero, euidentem vtilitatem & interdum
etiam repente affert venæ sectio e directo affectarum partium factæ,
xiij. Meth. vt & ægrotantes ipsi, & eorum necessarij plærumq; stupidi maneãt.
Idem quoq; xiij. Therapenticæ Methodi capite. v. quærens per quæ
loca sanguis minui debeat in inflãmationum principio ait. Sarius igi
tur sit, vbi partes quæ in ore sunt phlegmonem accersere cœperint,
deriuare ad nares, pari modo venam quoq; vbi hæ partes sic laborant,
incidere humeralem in manu. Si ea non cernitur, mediam: vbi iecur,
pectus, pulmo, aut cor sic afficiuntur, internam, ac perpetuo quidem
in omnibus

in omnibus quæ e directo est. Vbi iecur phlegmon inuadit, quæ in
dextra sunt manu, vbi lienem, contra. Item Galenus libro secũdo ad Galenus
Glauconem cap. vij. prædicta cõfirmat, ita docens. Et siquidẽ dextra ij. ad glau
vteri pars affecta fuerit, a dextra manu, & crure detraxeris sanguinẽ, conem.
Sinistra autem affecta, a membris quæ illi e directo sunt. Idem Ga- Galenus
lenus agit in libro de præsagio experimento confirmato inquiens. in lib. de
In pleureticis in rectum languẽtis ex vena sanguinis detractio vti- Præsagio.
litatem frequenter magnam, ac euidentissimam ostendit. At ex op-
posita manu, aut prorsus obscuram, aut expectabilem. Istis Hippo-
cratis, & Galeni testimonijs quid apertius, quid denique euidentius?
adeo vt nullus sanæ mentis hic tergiuersari possit.

¶ Opinio tertia quæ est Oribasij Sardiani.

Oribasius ad Eustachium. De sectione venę in pleureti de ex Oribasio. Aut horis explicatio & intelligentia. Obiecta Arabum. Galenꝰ de potentijs naturalibus li. iij. Antispatica.

Oribasius Sardianus Iuliani Cæsaris Archiatrus in
medicinæ compẽdio ad Eustachiũ ita scribit. Splenem patienti de sinistra manu, secus digitum minor
incidenda est vena, aut de sinistro brachio, quæ est
cubito proxima. Pleureticis autẽ ex ipsa parte quæ
dolet sanguis est auferẽdus: ad oculorum vero do-
lores iuuat magnifice, si ex ipsa parte quæ plus do-
let de brachio capitalis incidatur vena. Hæc Oribasius. Si ita q; hæc
Oribasij verba vera sunt, consequitur in interiorũ viscerum inflam-
mationibus, & præsertim in pleuretide nulla opus esse humorũ, quę
per distantissima fit, retractione, vel ex oppositꝰ (vt nostri loquunt)
diuersione: sed mox secanda vena, quæ affecto lateri est vicina, ac cõ-
munis: nam ad locũ affectum tanquam ad partẽ imbecilliorẽ omnes
reliquæ partes vti fortiores suas superfluitates reposuerunt: ob id in
oppositа parte, aut multum distante nulla est superfluitas quæ possit
vltra ad affectam partem defluere, gratia cuius retractio, vel diuersio
fieri debeat: cum tota ad affectam partem quæ in vniuerso fuit cor-
pore superfluitas defluxerit. Non est autem quod Oribasio obijciãt
Arabes, & Pœni, ob commotionem humorum, quæ fit per venæ in
latere affecto sectionem maiorem ad partem affectam fieri humorũ
cursum. Currũt equidẽ atq; fluunt humores, ac nõ in partẽ ægram,
sed foras, quod vtile est, ac minime præter naturã. Quod nõ in partẽ
ægrã, quomodo nãq; pars imbecillior traheret a fortioribꝰ? quando
Galeno lib. iij. de potentijs naturalibus referente, duobus æqualiter
esurientibus, non subtrahit manu panem alter alteri, nisi valentior.
Trahendũ vero q; maxime foret, cum in fortioribus nulla sit super-
fluitas, quam sua sponte reponant. Itaq; cum fortiores nõ possint ab
imbecillioribus partibus recipere, quandoquidem in illis nullus
sit defectus, vt attrahãt, nec affecta a se tãquam reliquis imbecillior,
repellere: alis enim a debiliori in fortius fieret actio, quod naturæ
impossibile est. Reliquum est, vt medicus id quod in partem ægram
defluxit, euacuet: nõ autem alio pacto potest, nisi vt venam e directo
latere affectum respicientem, communitatemq; cum ægra parte ha-
bentem incidat. Quæ euacuatio iuste Antispatica dicit: simul enim

Apho. xxj.

euacuat, & retrahit: adeoq; in vniuersum verum est, quod ab Hippocrate parte prima separatorum sermonum dicitur. Quæ ducere oportet, quo maxime natura vergit, eo ducere per loca conferentia oportet.

¶ Opinio quarta ex Cornelio Celso.

Celsi de sectione venæ opinio.

ETERUM discutiamus, vtrum retractio facta per vicinora vim habeat postea implendæ partis vicinæ: in hoc enim causæ cardinem versari plærique, vt Razes, Auenzoar, & Auicenna putant. Ergo venæ sectio facit decurrere humores, sed donec quiescant tantū: & ante Auicennā ait Cornelius Celsus latinus Hippocrates habitus. Neq; ignoro quosdam dicere, quæ longissime sanguinem inde vbi lædit, esse mittendū: sic enim auerti materiæ cursum, ac illo modo in idipsum quod grauat, euocari: sed idipsum falsum est: proximum lenim locum primo exhaurit: ex vlterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emittitur, vbi is suppressus est: quia non trahitur, ne venit quidem. Et paulo post. Auertitur quoq; interdum sanguis, vbi alia parte prorumpens, aliā emittitur: desinit enim fluere qua volumus, inde obiectis quæ prohibeant, alio dato itinere. hæc Celsus. Cōstat igitur in phlegmone, vbi sanguis mittendus est, eius generationi semper occurrere antipasticam sanguinis missionem, per viciniora præsertim acute factam, & inter initia: sistit enim expulsionem factam a venis commissione, vtpote euacuationi dicatā: quæ non nisi per viciniora fieri potest. Galenus vero semper inter inflammationū initia, vbi retrahendum, ac euacuādum simul sanguinem in libro de sectione venæ dixerat, eandem secundo de arte curatiua ad Glauconem præcipit, rationem subiungens, quur huiusmodi venæ incidantur: hæ enim (inquit) viciniores, magisq; e directo sunt patientibus membris. Sed forsitan aliquis ex secta Arabū dicere posset. Galenus lib. xiij. Therapenticæ ait, Ad partes quæ maxime longinquæ sunt semper auersionem facies. Respondebimus hunc locum intelligi debere de detractione quæ fit medicamentis purgantibus, frictione, & exercitatione, non de sanguinis missione.

Authoris explanatio.

Galenus.

Galenus lib. xiij. metho.

Constantinus monachus libru viatici Isaac fibi adscripsit, pariter & lib. pātechni.

¶ Quinta opinio quæ fuit Isaac Israelitæ.

QVantū a veritatis tramite deuiarint in missione sanguinis in pleuretide Arabes, lucidissime non solum veterum Græcorū authoritas explodit, sed & Isaac Israelitæ conuincit opinio: qui in pleuretide venam quæ e directo loci affecti est, secandā docet: id quod facit libro tertio viatici cap. xij. de pleuretide agens, vbi in hanc scribit sententiam. Si videamus q; apostema diaphragmatis sit sanguineū, si sequantur tempus, ætas, consuetudo, & virtus infirmi, festinemus vt de basilica vena minuamus de latere vbi infirmus patitur, anteq; augmentetur, maxime si dolor ascendat ad furculas: quod in Periconoxeon præcipit Hippocrates, cum loca superiora lateri doloroso sint colligata, basilica vena incidenda erit: si vero inferiora loca dōloroso lateri sint colligata, pharmacia est dāda: & si infirm⁹ fortis nō est, cura alia adhibēda est, q; sit ea, quā in phlebotomia præcepimus obseruandā. Si virtus defecerit, nō oportet phlebotomari: sed quanto magis possumus, virtutem custodiri: phlebotomia molestissima est cum defectione virtutis. hæc Haac. Ex quibus verbis nihil aliud colligi potest, nisi quod in pleuretide in principio sit incidenda vena basilica non quotiscunq; in dolore, sed secundū directum: id quod Galenus libro de venæ sectione probat, in hanc scribens sententiam. Sed & reuulsio e directo facta euidens iuuamentum celeriter ostendit: at econuerso, nequaquam: hæc enim retractiōis species plurimum & citissime a loco inflammationem patiente euacuat: primum nanq; ex vicinis partibus deterior sanguis trahenti cedit: celeriterq; vitiosus sanguis ex partibus transmittētibus profluit, adiuuante impetu facultatis excretoriæ eo vergente. Quoniam vero laborans particula in propositam, sectamq; venam sese exonerare nititur, vtpote familiarissimam, cōmunitatemq; cum ea habentem: necesse est (si insignis copia adest) regurgitare humoris partem in proximam venam, quæ maximam societatem habet cum loci ægrotantis peculiari vena: potentissime itaq; retrahet hæc venæ sectio humorem ab inflammatione, peculiariq; eius vena, quando ea sese in sectam venā exoneret: hinc est quod Galenus lib. iij. de crisibus, cap. iij. & vltimo in bonis inflammationis crisibus per directum oportere fluere sanguinem docet. At hæc sufficiant ad confutandum manifestissimū hunc errorem cum Arabum, tum Pœnorum, ac recentiorum medicorum: nec plura desyderabunt, qui veritatem ex animo amant: reliquos qui iam in eo errore tanquā ad sirenios scopulos consenuerunt nil moror, quādo istis ne Dij quidem diuersum persuadebunt. Quod si vero studiosi plura de hac re scire cupiunt, legant Disceptationem nostram apologeticam, quam nuper apud Lugdunum scripsimus aduersus Andream Thurinū pro Mattheo Curtio collega nostro. Qd si vero ampliora cupiunt, legant Petrum Brissotum medicum, ac philosophum doctissimū, item & Andream ipsum Piscinēsem, ac Curtium, & Leonardum Fuchsium Brandemburgensis Marchionis archiatrum.

Authoris explanatio.

Galeni sententia.

Isaac siue Cōstātin⁹ lib. vj. suę pantechni dicit q; si in pleuresi dolor ascēdat ad furculas, debet fieri phlebotomia ex parte oppositā: si vero qescat materia, fiat ſm infirmū locū. haliabbas nouo the. dixit, q; si dolor a cōstis incipit, & ad furculas ascendat, eo i latere i quo apostema est, incidenda est vena. Galenus iij. de crisibus.

Finis.

De uino febricitantibus exhibendo

Quæstio de Vini exhibitione in febribus ab Iacobo Syluio Ambiate ædita.

An in febribus Vinum ægrotis tuto dari queat.

EBre tertiana continua dies iam nouem conflictabatur æger quispiam Lugduni, vir magnæ apud omnes authoritatis, omnibus naturæ, ingenij, fortunæ dotibus ante morbum hunc cumulatissimus, annos natus quinque & sexaginta. Vino vinoso & generoso, eidemq; meraciori per sanitatē annos circiter triginta assuetus nullo valetudinis incommodo. Vinum idem mirum in modum sitiebat: seruos, parentes, amicos, visendi, iuuandi, solandi studio illi ipsi officiosissime adhærētes impēse orabat, atque obtestabatur, vinū vti propinarent paucum, oligophoron multa aqua dilutum, saltem quo die febris erat mitior, atque adeo in ipso pastu tantūmodo. Eum de more visuri non multo post quū medici quatuor percelebres, egoq; vna conuenissemus, res ea est a parentibus in consultationem posita E medicis duo nominis in hac ciuitate clarissimi dandū negauerunt, ne si velut incendium oleo restinguere conarentur, calorem excitarēt nulla post frigiditate vincendum. Ego contra Symphoriani Cāperij, Hieronymi Montui medicorum post Hippocratem & Galenum omnino doctissimorum rationibus cum experientia longa cōiunctis adductus, dandū consentio: quū id maxime suaderent indicationes a virtute, ætate, consuetudine, causa morbi, impetu naturæ, & animi sumptæ. Quæ singula quantam vim habeant non in sanitate tuēda solū, sed in morbo etiam profligando, paucis expediam⁹. Quæ res vt breuius perficiatur, locos ex Hippocrate & Galeno proferā, quib⁹ quod statui / planissimū euadat, imprimis ex libro nono methodi. An viri⁹ necessaria consyderata in ægris a medico sit, an non, indagemus. Ego enim sæpe maxime esse necessariā, aio. Sic vt quæ circa ægrū administrātur, omnia ferme eius vni⁹ causa fiant, aliquādo mediocriter necessariā, aliquādo exiguū ad inuenienda remedia cōferre. Hæc Galenus, quū scilicet admodū robusta, aut imbecilla min⁹ ac magis a medico est cōsyderāda. Idē nō multo post. Gubernāt animal tres diuersę inter se generis facultates toti corpori ex suo quodam veluti fonte quęq; distributę, quas Plato animas vocat. Earū vna est naturalis ad nutriendū animal necessaria in iecore ceu fonte cōstituta, per venas in totū corp⁹ dispersa. Altera vitalis in corde natiui caloris fonte collocata, p arterias toti quoq; corpori cōmunis. Tertia est animalis seu ratiocinatrix in cerebro domiciliū cōsequuta, principū animę facul-

tatū author, actionibus quoq; volūtarijs & sensibus præfecta per neruos motū, & sensum in totū animal transmittēs. Ergo has facultates seruare nihil plane est aliud, quàm vitam seruare, siquidē qualibet earum amissa, necesse est reliquas quoq; vna perire. Quibus Galeni verbis nisi planū esset indicationem a viribus sumptā plurimū in medēdo pollere, ob idq; ipsas a medico vel seruandas, vel ita tamē fouēdas esse, vt nō deficiantur, adderē ex eodem nullā omnino vacuationē recte a medico institui posse, nisi eius quantitatē ex viribus condiscat, quas si aut morbi magnitudo, vel longitudo, aut immodica vacuatio deiecerit, reficiendas esse nemo vnquā negauerit. Porro vt odores ad vires reficiendas celeriter primū locū occupant, ita vina secundū. Celerrime em̄ & maxime vniuersim vinū alit. Gal. in aph. xviij. li. ij. & in aph. xj. lib. eiusdem. Quicūq; [inquit] indigent citissima adiectione, humidum remediū cuiusmodi est vinū, ad recuperādas vires optimū est: vbi autem citius, per odoratum. Nam facilius est impleri potu quam cibis. aph. xj. lib. ij. præterea famem thorixis id est vini potio soluit, aph. xxj. lib. ij. ¶ Huc pertinet quod locis aliquot alijs a Galeno scribitur cuiusmodi est hoc ex lib. de sequela potētiarū animæ. Vinū moderate potū coctionē, distributionē, sanguificationē, nutritionē multū adiuuat. Quæ res ob id ab eo fit, quod calorē naturalē auget. Gal. vij. Meth. qui quidē virtutū est substātia lib. ij. ar. curat. ad Glauc. ad hęc vinū vt corpori assimiletur, opus coctionis minimum desiderat, quo fit vt cito nutriat & roboret. Gal. j. tempera. Nam vino propriū est a corpore celeriter transmutari. iij. tēpera. At vero dixerit hic fortasse aliquis. Quū vinū magis & prōptius quam cætera nutriat, authore Galeno in introductorio pulsuū, per morbum vero atq; adeo per statū cib⁹ plenior nō cōpetit, teste Hippocrate aph. viij. p. Quando morbus in suo vigore cōsiterit, tūc victu tenuissimo vtendū est, & Apho. x. p. ¶ Quibus statim morbus consistit, ijs statim tenuis victus adhibendus est, &c. ¶ Siquidem quo viribus roborādis curiosius vacas, eo magis morbū adauges. Gal. j. Crisēon, & in comen. aph. lib. p. Quæ obiectio q̄p nulla sit, hinc discas licet. Tota febris status fuisse videtur, quū semper invrinis flauētibus nebulæ, & eneoremata apparuerint, sed tamen ipso die nono mitior fieri cœpta, quo & consequentibus vim, vrinæ magnā reddiderit, adeo vt suspitio vehemens fuerit febrim vrinis paulatim cessatum iri. ¶ Ad hæc vt vina crassa, & rubra plurimū dant corpori alimētum: ita aquosa quib⁹ vti statueramus, minimum: nam aquosa (ita autem nominā alba & tenuia) sicut aquæ similem formā habent, ita etiam vim, quare vrinā cient, & minimū nutriunt. Ga. in Aph. lib. ij. Aquosa enim celeriter per vrinam excernūtur, quia celeriter tota fere anticipant resumi. Gale. in aph. xviij. lib. ij. Vina aquosa & subtilia cōsistētia vrinas mouēt & paucissimū corpi nutrimētū afferūt. Gal. li. de Euchymia. Neq; est quod causeris corpus alioqui a calore febrili obsessum præterea vini aquosi potu calefieri, quandoquidē vina aquosa insensibiliter infrigidāt. Gal. li. de Euchimia. Quid quod nullū vinū albū est calidū. Gal.

meth. Nunquid idē cibum ęgroto exhibuit sub accessionē, atq; etiam in ipsa accessione, dato ex vino diluto pane exiguo ad comedendum ob viriū scilicet imbecillitatem, a quibus & a morbo omnē victus instituendi rationē Hippocrates accipi nos edocuit. Sed cur in re tam perspicua testibus vtor parū necessarijs? quū is ipse Hippocrates in libro de ratione victus in morbis acutis vinū det nō in diarijs modo febribus, verūetiam in acutis: vt testatur Gale. lib. viij. meth. Tēpestiuum mihi nunc esse videtur probare vinū huic etiam ætati, hoc est senectuti non fuisse negandū. Senectutis enim tēperies frigida & sicca, Gal. lib. j. temp. & lib. viij. sani. tuendæ. quū ea hominibus irrepat, absumpta humiditate ipsa, quę in pueris est plurima, in cuius locū succedit siccitas quā sane frigiditas prompte comes consequitur, abeunte scilicet calido, quippe quod humido sibi souēdo familiari, & idoneo destituatur. Senectutis itaq; siccitas ac frigiditas per calida & humida est corrigenda. Gal. lib. viij. sani. tuendæ. At vinū calidissimū, humidissimū. Gal. lib. j. eiusdē. Id igit frigiditati & siccitati senū emēdādę est oportunissimū. Huc accedit qđ vinū oīm facillime & celerrime coquitur: distribuit in sanguinē, & alimētū transmutatur. Quibus quidem omnibus senū corpus indiget, vt pote quod facultates illas omnes habet maxime imbecillas, quibus ista perficiuntur. Aquosum autem, vt quod minimum & nutriat, & calefaciat, aut verius frigefaciat, elegimus, ne calorem hūc febrilem vini alicuius vinosi calor intenderet. humiditas autem illius acrimoniam frangeret. Nam victus humidus febricitantibus omnibus confert aph. xvj. lib. p. Vinum prodest senibus, quia omnia ipsorū membra calefacit, Ga. viij. sani. Vinūvt pueris inimicissimū, ita senib⁹ amicissimū est, ibidē. Verūtamen forsan obieceris indicationē ab ętate similiū esse non cōtrariorum: vt Hippocrates innuit prolato nunc aph. & Galenus in cōmentario eiusdē aph. & lib. sanitatis tuendę, & lib. methodi. in quib⁹ locis aphorismū quoq; paucis enarrat. pręterea in fine. viij. methodi. Verum profecto atq; ita vt res est dicere videris, si ipse ætatis tēperamentum seruaturus sim, ac non potius immutaturus, quando id vitæ in calido & humido consistenti præter cætera inimicum est. Quam obrem senectutem ipsam morbum esse quidam voluerūt. Gal. lib. v. sani. tuendæ. ¶ Ne odiosa prolixitate tibi aures surdas faciā, ad cæteras indicationes mihi nunc transeūdū est, quibus adductus vinū senī febrienti propinandū contenderim. A consuetudine siquidē indicatio est similium. Gal. in fine. viij. methodi. ¶ Quapropter consuetudini, vt pote quę adscititiam, acquisititiāq; naturā in corporibus gignit, cōtraria dedisse in primis est noxiū: ab hac enim est indicatio similiū. Gal. j. sani. tuędę. Eodē pertinēt quæ alibi passim a Galeno, & Hippocrate scripta sunt. Cōsuetudovbiq; cū natura cōuenit, hinc puchre dictū cōsuetudinē naturā esse accessoriā, Gal. lib. de motu musculorum. Cōsuetudo est natura acquisita. Gal. lib. ij. tēper. & lib. de dissolutiōe cōtinua. Naturę semper gaudēt cōsuetis, Gal. viij. meth. Nō est qđ paruū quiddā, atq; ad spectādū leue ad inuētionē remediorū,

Vinum Senibus non negandū.

veluti nec ad sanitatem tuendā, consuetudinē existimemus, Gale. li. ix. methodi. Vtilius est senibus opere consueto exercitari, etiam si modice noxiū. Gal. lib. viij. sanit. tuendę. Qui cōsueti solitos labores ferre, & si fuerit imbecilles ac senes, nō cōsuetis fortibus, & iuuenib⁹ fortius ferūt. Hippo. aph. lib. ij. Quæ ex longo tēpore consueta sunt, & si deteriora sunt, insuetis min⁹ molestare solēt. Idē ibidē aph. In cui⁹ cōmētario cibos & pot⁹ naturā facere aduētitiā docet gal. Idē Hippocrates lib. ij. de ratiōe victus in morbis acutis capite de consuetudine ita colligit. Si ī sanorū victu cōsuetudo est seruāda, quū citra magnū valetudinis incōmodū repēte mutari nō possit, quāto magis in ægrotis innuēs (vt interpretat Gale.) ex cōsuetudinis mutatiōe ęgros pl⁹ lædi, quā sanos, & eos adhuc magis, quos acuti morbi exagitāt. Ob id ipse cōsuetudinē per morbū mutare noluit. Ob id etiā subdit Hippocrates malā in cibo & potu victus rationem, modo familiaris, & assueta sit, tutiorē esse, quā si derepente in aliā vel meliorē fiat trāsmutatio. Poterā alia prope infinita ex varijs Gal. lib. ac eo potissimū quē de cōsuetudine cōscripsit, ex Hippocrate, ex alijs deniq; pmultis scriptorib⁹ ijsdēq; doctissimis adducere, quib⁹ vobis planū facerē vim magnā in vita homīs cōseruāda cōsuetudinē habere, nisi hæc vobis futura satis æstimassem. Porro si quādo etiā a cōsuetis ad insueta est trāseundū, vt lib. aph. ij. iubet Hippocrates, quia vnica tm̄ cōsuetudo est periculosa. in iuuenib⁹ ea mutare que nocēt, tentādū etiā si a puero his maxime insueuerint, quod vires eorū moderate factā mutationē sustinere possunt, & fructū aliquē pcipere preliquū vitæ tēp⁹ ex meliori cōsuetudine, in senib⁹ vero ne tētaueris: quoniā & si lōgo tēpore cōsuetudinē sensim mutare possent, frustra tn̄ sudaueris, ꝓpterea quod tēpus illis nō suppetit, quo meliori consuetudine frui possent. Gal. lib. viij. sanit. tuędę. Vides quāto vitæ periculo firmatā iam inde ab adolescētia thorixis cōsuetudinē in sexagenario mutādā, idq; repēte tētaris: quāquā ꝓterea ex morbo acuto admodū imbecill⁹ foret. Quod si cōsuetudinē vini generosi & meri hactenus ab eo seruatam nūc cōmutandā donem⁹, qm̄ vinū id immodice calidū affectui caldo nō cōueniat, eā nec p morbū, nec derepēte, si Galenū audis, cōmutaris omnino, sed cōdonādū aliqd est cōsuetudini, Hipp. aph. lib. p. Ex quib⁹ vel puero pspicuū esse arbitror indicatione a cōsuetudine sumpta, vinū aquosum saltē atq; adeo diluti⁹, & parci⁹ inter epulas p calorē corpis suauiorē nō fuisse negādū. Maxia dignitas est ipsarū viriū, qm̄ viuere ipsum ex harū custodia constat, vt pote quū vitā, aut ipsas esse vires, aut earū actiōes sit necesse. At vita ipsa nihil esse pri⁹ in animātis corpe pōt, ꝓpterea quod nec sanos esse citra vitam licet: virtus ergo omniū prima hominib⁹ custodiēda est, Gal. li. ix. Quib⁹ Gal. verbis &c. Ad tollēdā morbi cām vinū aq̄sum huic esse oportunissimū probem⁹? Hūc tertiana primū intermittēs, postmodū in cōtinuā versa ex humoris modo putrescētis copia cōficiebat. Humorē in eo bilioſū auxerat aeris nos ambiētis calor ficcissim⁹, vt interim rōnē vict⁹ calidiorē omittā et corpis habitudinē; nā graciles magna ex pte

A morbi causa.

bilioſi ſunt Gale. Hanc itaq; bilis flauę copiam ſi de corpe ſuſtuleri
mus, febrim ſuſtulerimus, tolletur aũ partim medicamẽtis, partim
rõne victus idonea, hoc eſt bilẽ gigni phibente, aut genitã expellẽte.
At vero vinum bilis amarę acrimoniã mitigat ac frangit, præterea
per ſudores, vrinaſq; vacuat. Ga. j. ſani. tuẽd. Quã rem ſi vina omnia
præſtãt, niſi craſſa & auſtera fuerint. Vina tamen aquoſa vrinas ma
xime mouent. Gal. lib. xij. metho. Vinum tenue aquoſum vrinã red
dere celeriter cogit. Gal. j. lib. facul. natura. Sed obieceris, quãquãvis
num vrinas cieat, & per eas, vel etiã per ſudores bilem extrudat, cali
ditate tamen ſua febrim adauget: eſto vinũ calefaciat (quum tamen
alba, atque adeo aquoſa tantũ a calefaciendo abeſſe probarimvt etiã
occulte frigefaciant) non tamen ſtatim recte colligas cauſę febris bi
lioſę nõ eſſe remediũ. Nam dolores oculorũ meri potio ſoluit: vt in
quit Hipp. in ſapho. Præterea quę medicamẽta bilis purgandę gra
tia ingeruntur, calida ſunt. Omne enim medicamentũ purgans pote
ſtate calidum eſt, Gal. in aph. Fateor huiuſmodi omnia febrim au
gere, ſed cauſam febris dum vacuant, multo plus cõmodare, quam fe
bris incremento incõmodent, vt quę cauſa ſublata prompte dilaba
tur. ¶ Reliqua eſt vltima nobis propoſita indicatio ab ipſo natu
A naturæ impetu. ræ impetu accepta, quã vini quoque potione in hoc febriente poſtu
laſſe contendimus. Quandoquidem ſi quę ducere oportet, quo maxi
me natura vergit per loca conferentia, eo ducere oportet, vt Hippo.
viſum eſt aph. xxj. lib. j. Si quoq; vbi morbus non integre iudicatur,
id quod deficit, id nos ſuppliere conuenit. Gal. in cõmentario aph.
xx. lib. j. Natura autem in hoc criſim per ſudores, & vrinas die ſepti
mo tẽtauit, ſed imperfecte, quia horum neutrum febrim ſoluit, quã
nec ſudor copioſus, nec a toto corpore pfluxerit, nec vrinarũ vis ma
ior apparuerit quã diebus conſequutis. ¶ A medico igitur adiuuã
da fuit natura, vt quod reliquum erat materiæ febrilis, vel per vrinas
(quod ego præter cætera ſperaui futurũ) vel per ſudores (quod pro
pe deſperabam, quod necvrinę ſupprimebantur, nec aluus, nec rigor
præcedebat) vel per vtrunq; excernat. Porro vinum aquoſum ea oĩa
abunde præſtare cõſueuit, vt partim ex dictis patet, partim ſole cla
rius ex dicendis euadet. Quin eo igitur ægrum hunc potamus? Nã
vinum eiuſmodi quantum aliud quiduis, humores ſemicrudos con
coquit, ſudorem, vrinamq; promouet, ac ſomnum conciliat. Gale.
lib. iiij. ſanit. tuẽ. Quæ dos poſtrema nobis in febribus acutis vel in
primis neceſſaria eſt, quippe quibus comes inſomnia eſt dormien
diq; impotentia. Quæ vires mirum in modũ proſternit, corpuſq; fic
catũ emanat. Quapropter Galenus lib. j. ad Glauconẽ cap. v. Vinũ
(inquit) tenue album indubitanter dabis & maxime his quibus dor
miunt, ſi capitis dolores nõ patiuntur, & temporum pulſus non fue
rint. Quãquam vina aquoſa & ſubtilia præterquamq; capiti non no
cent, capitis dolorem ſedant, & inſenſibiliter refrigerant. Gal. lib. de
Euchimia. Vinum prodeſt ſenibus, quia calefacit omnia eorũ mem
bra, & per vrinam purgat ſeruũ ſanguinis. Gal. lib. iiij. ſanit. tuen.

¶ Quod ſi opponas vina non competere cholericis ſeu a natura, ſeu
teperie acquiſitia, Gal. lib. de euchymia, id que per Hippocratẽ lib.
vj. epidemion, ſiue ipſe ſit, ſiue Theſſalus eius filius, cõfirmes vinum
calidis temperaturis prohibentem, idq; non modo quum febricitãt,
ſed etiam per ſanitatem, cũ inquit. In calida natura refrigeratio, aquę
potio, quies cuiuſmodi naturæ homines picrocholos ab amarę bilis
redundantia vocat in lib. de ratione victus in morbis acutis. Gal. in
viij. methodi. ¶ Sed nodũ hunc Galenus idem diſſoluit lib. eodem
paulopoſt. In calida [inquit] natura ſuadet tum refrigerationẽ, tum
aquæ potionẽ, tum quietem, niſi forte (vt nonnullis placeti) copio
ſius vtendum eſſe aqua quam vino, eiuſmodi naturis ſuadere eũ di
xeris, hęc Galenus. ¶ Vinum vero ipſe cõſcius, es, omnibus me eiuſ
modi naturis concedere, ſed quod tum aſpectu, tum viribus ſit aquo
ſum, id enim ad omnia vtilius quam aqua eſt, vt pote quod & conco
ctione iuuet, & vrinas ac ſudores prouocet. Gal. lib. viij. meth. pau
lo ante, vbi de febribus diarijs in picrocholis loquitur. Quibꝰ ſi aquã
miſcueris, omnem noxæ ſuſpitionẽ exues. Vinum enim aquam ad
penetrandum adiuuat, ſitimq; prõptius quam alterutrum per ſe mi
tigat. Gal. lib. j. ſimpliciũ. Quæ res quibus votis expetenda ſit in mor
bis acutis calidis, omnibus eſt manifeſtum. ¶ Poſtremo monet Hip.
lib. vij. epidemion, ægrotantibus eſſe gratificandum in purgationi
bus, cibis, potibus, & in his quæ vident, aut tãgunt, & in cæteris, mo
do non multum noceant, id quod non in gratiam ægroti ab eo admo
nitum eſſe docet Galenus, ſed eius vtilitati vt conſulat felicius. Pa
rum enim deterior potus, aut cibus, ſuauior autem melioribus qui
dem, ſed minus ſuauibus eſt præferẽdus, apho. xxxviij. lib. ij. Nam
quęcũq; cum voluptate aſſumuntur, iſtaventriculus amplexatur, &
magis concoquit, ſicut quæ diſplicẽt, refugit, vnde & nauſeæ, & fla
tus, & fluctuationes ſubſequuntur. ¶ Omitto ęgrum magna animi
moleſtia, quæ illum deſiderio rei petitæ plurimum langebat, liberari
quando illius animo aſſiſtentes obſequuntur, idq; nulla mora ex
hibent quod poſtulauerit, modo id noxa careat, aut incommodi in
ſe minimũ habeat. ¶ Prætereo vinum quotidianis febribus, & quar
tanis communi medicorum conſenſu condonari. Neque eſt cur lon
giorem de re propoſita ſermonem producam, ne quæſtio ſim iuſtum
volumen exeat.

¶ Finis quæſtionis de vino febricitantibus ex
hibendo æditæ ab Iacobo Syluio Ambianate, idq;
Lugduni Calen. ſextilibus. M. ccccc xxx.

Enchiridion medici Christiani.

Enchiridion præceptiuum ac doctrinale, quo ratio seu compendium ueræ humanæ uitæ demonstratur, ad filium Iacobum Claudium Campegium.

Vbi qui longinquas sunt regiones adituri fili charissime, in primis studio habēt, vt vel ex ijs, qui illic aliquando fuerint, vel ex Cosmographorū tabulis iter addiscant: quanto diligentius curandum est liberalia studia, vitamq; beatam sectaturis: vt breuissima ad viam cælestem via cuiq; sit pulchre pspecta. Quæ methodus autem melior hac præscribi possit, quam hic breuibus sum complexus? Eam duxi multis nominibus tibi inscribendam, primum quod in recentiori ista philosophia per ætatem versatus, nūc eā vero feruēter amplecteris. Quapropter nos non exhortationibus erga te, sed admonitionibus vsi, consulemus illa tibi, quę oporteat iuuenes appetere, a quibusq; rebus abstinere, cum quibus hominibus versari, qua denicq; ratione vitā suam gubernare. Quicunq; enim vitę suæ tale iter persenserit, ei soli contigit peruenire ad bonam frugem, verā q; virtutem: qua certe nulla possessio, neq; dignior, neq; stabilior est. Vale fili charissime.

¶ Enchiridion medici Christiani, lucide monstrans quomodo Medicus christianus viuere debeat.

Platonicorum placita.

Illige omnes fili charissime. Elige & ama vnicum, soli confide deo. ¶ Medic⁹ cogitet quādo ęgrotantes adit, agi de vita, vt nihil sine ratione tentare audeat, nihil sine cōsilio. ¶ Malis quidem bona fortuna mala est: bonis autem mala fortuna, bona. ¶ Animus mortalibus non impletur, quoniam ęterna requirit. ¶ Quę reuera sunt bona, quo maiora sunt, eo etiam meliora. ¶ Cum rationi & cōsilio satisfeceris, cunctis satisfeciſſe putato. ¶ Frustra sapit qui non sibi ipse sapit. ¶ Turpe est amare pecunias: tam honestū amare hominem: tam etiam necessariū & beatum est amare Deū. ¶ Nihil vel mirabilius, vel amabilius est quā doctrina, pbitati cōiuncta. ¶ In singulis expertū cōsule. ¶ Pręstat malā valitudinē bene ferre, q̄ male bonam. ¶ Nihil infirmius quā humanus amor: nihil firmius quā diuinus. ¶ Fortuna neq; benefacere potest malis, neq; malefacere bonis. ¶ Philosophia sapiētiā gignit: sapientia parit felicitatē. ¶ Nō est satius cui salubria displicēt. ¶ Montes nō sęparāt animos montibus altiores. ¶ Nullū cōmodius in malis remediū quā patiētia. ¶ Cū Deo sit ipse amor, quicūq; absq; Deo aliq̄d studet amare, hic absq; amorę tentat amare. ¶ Philosophia nō docet, immo vetat cū principibus viuere, nec cū illis cōuersari. ¶ Fides gignit spem, spes charitatē, charitatis ardor affert intelligētię claritatē. ¶ Amore humano nihil infirmius, diuino nihil firmius. ¶ Felix est q̄ habet oīa quæ vult: habet autem omnia quę vult, qui omnia vult quę habet. ¶ Prosperis peruersius vtimur quā aduersis. ¶ Nunq̄ deest amantibus scribēdi materia. ¶ Gratia naturalis plus persuadet, quā acquisita eloquentia: & humanitas plures vincit, quam violentia. ¶ Sola malorum medicina est patientia. ¶ Felix est qui vere gaudet: solus gaudet vere qui sola veritate gaudet. ¶ Neq; tutum est incusare principes, neq; fas incusare fortunam. ¶ Nemo infortunatior illo qui neq; ipse videt, neq; videntem videt. ¶ Cognosce alia vt te cognoscas. Cognosce teipsum vt cognoscas Deum. ¶ Nihil est occultius quā humana voluntas. Qui pro rebus verba dat, folia dat pro fructibus. ¶ Decrescente corporis pulchritudine, crescit animi pulchritudo. ¶ Seditiosas vrbes procul fugito, præstat enim exulem esse, quā inspicere patriam pereuntem. ¶ Publica nequeunt recte feliciterq; absq; diuino auxilio gubernari. ¶ Non est communis pater qui cōmunem filiorum nō habet curam. ¶ Res verę sunt in mūdo inuisibili: in mundo vero visibili sunt vmbrę rerum. ¶ Vbi sapientia maior, ibi sermo breuior. ¶ Agricultura, literarūq; studia inuicem feliciter cōiunguntur. ¶ Philosophia potissimum deuitare debet, venerea, auaritiam, & ambitionem. ¶ Diuina lex fieri a cælo non potest, sed forte significari. Cōmunis enim religio non fit a stellis, multa autem per cælum significantur quę nō sunt a cęlo. ¶ Qui humanū amorem in diuinū trāsfert, ex hoīe transfert in Deū. ¶ Heroicorūvirorū laboriosa q̄dēvita est, sed gl'iosa. ¶ De⁹ (vt Proculo placet) nulli⁹ mali cā, nunquā mutat formas, nullū fallit. ¶ Philosophia cū fortuna & diuitijs nō cōiungit: nam vbi plus fortunę: ibi sapiētię minus, atq; vicissim. ¶ Nemini detrahēdū quia deus vlciscit. ¶ Medicina corp⁹, musica spiritū, theologia aīm curat. ¶ Quēadmodū bono angelo nihil post deū melio⁹: malo nihil peius: ita nihil in terris honesto sacerdote pulchrio⁹ eō: turpi vero nihil turpius: ille religionis hoīmq; salus, iste pestis. ¶ Nulla cōsonantia magis delectat, quā cordis & linguę. ¶ Homo sine religione bestijs est infelicior. ¶ Prudentis est nihil præter salutē animi, bonāq; corporis valitudinē exoptare. ¶ Feliciter amatur q̄ viro amat amore dignissimo. ¶ Soli virtuti deoq; cōfidendū, & seruiendū. ¶ Solus diuinus medic⁹ curare morbos animi pōt. ¶ Animi origo finisq; est solū infinitū verū atq; bonū. ¶ Immortalis anim⁹ in corpore mortali semp est miser. ¶ Super sensum est intellect⁹, sup sensibile est intelligibile, sup mentes nostras sunt alię mētes: super formas corporales sunt formæ incorporales. ¶ Elementa mouentur mobiliter, cælestes sphęrę mouent stabiliter. ¶ Aię stant mobiliter, angeli stāt stabiliter, Deus est ipse status. ¶ Forma corporea diuidit & mouet ab alio, aia rōnalis nō diuidit, sed ex seipsa mouet. Angel⁹ vero neq; diuidit, neq; mouet, sed aliūde impletur. Deus est plenitudo vna simplex, immēsa.

Ex procolo, Iamblico, & Platone.

Animus ęterna requirit.

Ex Amonio, porphirio apuleio, cæterisq; platonicis.

Ex cranto re, marcilio, alijsve platonicis

Platonico rū christianorū placita.

Plotini, iāblici, aculi placita.

Philosophorum christiano rum placita.

Pythagorę symbola.

Quid virtus secundum Platonem.

¶ Virtus secundum Platonem animi est sanitas, ægritudo vitium: virtus bona est consuetudo, vel qualitas ex bona consuetudine derelicta, vitium vero mala. ¶ Sicut cum pulsa infirmitate, bonorum ciborum vsu: frequenti malorum abstinentia corpus in pristinum vigorē sensim reuertit; sic animus malarū operationum fuga, bonarum exercitio virtutem in se gignit, roborat, auget, & conseruat. ¶ Cum morbis animi corpus ægrotare videris: animum curato. Et cum aratum & carnis vitio pati animum, sanato corpus. Omnia namq; vel bona vel mala (Platone autore) ab anima in corpus & hominem totum manant; illam igitur primum & maxime curari, iubet, si modo vniuersum corpus bene valere debet.

De cura animi ſm Platonē.

¶ In quolibet morbo quando medicina mali humoris non superat qualitatem, conuertitur in humorem, turbat corpus, minuit vires, pondus his auget. ¶ Morbus plerunq; noster est inexplebilis appetitus, & cōtinua perturbatio; medicus ergo nobis est immēsum bonū, & æterna tranquillitas. ¶ Siquis autem neget medicinam nostram esse verum dei cultum, hinc nullum malorum supereſt remedium; spesq; omnis sanitatis adimitur. Qui autem reuera diuinis confidit remedijs, conualescit protinus vt confidit.

Quid morbi causa.

Tiriaca christiano rū philosophorū. Ecclesiast. xxxviij.

¶ Si vno solo languore, vel morbo laboraremus, forte nobis medicus sufficeret vnus. Sed pestis nostra est omne malū. Ergo tiriaca nobis est omne bonum. ¶ A Deo est ēm omnis medela: & a rege accipiet donationē. Disciplina medici (vt sacræ canunt literæ) exaltabit caput illius, & in cōspectu magnatorū collaudabitur: altissimus creauit de terra medicinā: & vir prudēs nō abhorrebit illā. ¶ Apud Ægyptios atq; Persas ijdē sacerdotes erāt & medici: siquidē phœbus (vt in epistolis Hippocratis legitur) animi atq; corpis curationē coire in vnū arbitrabatur. ¶ Omne quod peccatū est, phibitū est: & omne quod phibitū, peccatū: pptereavt pituitā cures fornicari nō licet: nec audiēdi sunt medici, qui corporis sanitate peccatū inducūt. Quę ēm demētia est, vt corpus mundes animā inquinare? id simile est vt terrū seruęs auzū amittere: & ne vestē amittas corpus occidere. ¶ Sunt nec dicis duo præcepta: primū, vt priusquā ad infirmorū curā deueniant, eos admoneāt vt medicos aduocent animarum. Alterum, ne infirmis quicquam suadeant qđ in pernicię vergat alarum. ¶ His quæ lex & ratio damnāt prætermissis: sic de corpis sanitate curandū est, vt quicquid ad corporis sanitatē referatur, a salute aię sumatur exordiū. Qđ si morbus incurabilis inueniatur, virū sapientē æquo aio ferre decebit morbum tanquām a Deo missum, qui nūquām percutit nisi vt sanet, qui nos castigat, vt meliores reddat. ¶ Bibere & comedere non carnibus vescuntur, indigent etiā his quæ sunt carnū. Qui aūt simpliciū victu vtuntur, eos carnes nō recipere: sapientiæ ergo operam dare nō possumus, si mensę abundantiā excogitemus: quæ labore nimio & cura indiget. Cito expletur naturę necessitas: frigus simplicis victu, & tames cibo expelli pōt. ¶ Legimus quosdā morbos articulorū, &

podagræ humoribus laborante proscriptione bonorū ad simplicem mensam, & ad pauperes cibos redactos conualuisse. Caruerunt enim sollicitudine dispensandæ domus, & epularū largitate, quæ & corp? frangūt, & aiam. Irridet Horatius appetitus ciborū, qui cōsumpti relinquunt pœnitentiā: sed etiā ex vilissimis cibis vitanda satietas. Nihil ēm ita obruit aīm, vt plenus venter & æstuās: & huc illuc fevertēs, & in ructus, & ī crepit? ventorū efflatione respirās. Orpheus quoq; in carmine suo esum carniū penit? detestat. ¶ Ad orationē nocte cōsurgentē, nō indigestio cibi ructū faciat: sed inanitus. Nā quidā vir inter pastores eximius: sicut fum? [inquit] fugat apes: sic indigesta ructa et? tio auertit spiritus sancti charismata. ¶ Remotis febribus, cessantib? doloribus ipsa nostra salus ægritudo est: cui curandi necessitas nunquām deest. Quot ēm solatia viuendi vsum quærimus, quasi tot nostræ ægritudini medicamentis obuiamus: sed ipsum quoq; medicamen in vulnus vertitur: quia ex acquisito tędio paulo diutius inhęrē tes ex eo grauius deficimus: quod, puide ad refectionē paramus: sic nimirū debuit pręsumptio corripi: sic supbia sterni: quia ēm elatū se mel sumpsimus spiritū, ecce defluentē quotidie portamus luctum. ¶ Visus quippe in facie est, in qua & prima corporis honorabilior pars est. Nō ergo immerito mētis intētio per faciē designatur: nā quo libet vertimus, illi videmus. ¶ Cū putredinē medicus chyrurgus vulneris apertione nō ejicit: nequaquā in loco putredinis sana caro coalescit. Ante ergo necesse est vt errorē suū hęretici sentiant, nec audiāt æ veritati contradicāt: quia & si camporū sentes arator vomeris scis sione nō eruit, terra accepta semina in segetes nō pducit. ¶ Omnia pos tenta cōtra naturā dicimus esse, sed nō sunt. Quō ēm cōtra naturam quod Dei sit voluntat? cum voluntas tanti vtiq; conditoris cōditæ rei cuiusq; natura sit: portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. ¶ De ipso corpore tot existunt morbo rum mala, vt nec in libris medicorū cuncta cōprehensa sint. In quorum pluribus ac pene oībus etiā ipsa adiumenta & medicamenta tormenta sunt: vt homines a pœnarū exitio, penali eruātur auxilio. Nō ne ad hoc perduxit sitientes hoīes ardor immanis: vt vrinā quoq; humanā vel etiā suā biberent? ¶ Medicinæ scientia non solum sanitātē, sed & languorem profitetur: & cuius sanitatis studiū gerat: non tñ pōt nescire quæ languoris sunt. ¶ Si vulnus aliquod pessimū iram ponamus: huius aūt timor & dissentio indignatio vulneris appellet. Tribulatio vero quam subsequitur angustia nō est similis putanda illi tribulationi, de qua dicit apostolus: quia tribulatio patientiā operatur. Qđ nūc ecclesia nō ea miracula faciat quæ sub apostolis faciebat, ea cā est: quia tūc oportebat mundū miraculis credere: nunc vero iam credente oportet bonis operibus chorusc are. Nā ideo tunc signa fiebant exterius, vt interius fides roboraretur. Iam in fide miracula quicūq; requrit, vanā gloriā vt laudetur quærit. Scriptū est ēm, linguę in signū sunt nō fidelib?, sed infidelib?. Ecce signū nō est fidelib? ne cessarū q iā crediderūt, sed infidelib? vt cōuertant. Nā Paulus ap non

Hieronymus parte iij. epistola xlj.

Hieronymus epist. pte. iij. tra cta. ix. epi sto. xlj. ca. xv.

Diu? Gregorius li. viij. morał. ca. ij. b.

Idē Greg. li. xij. mora. ca. xxij. Idē li. viij. ca. xxij. b.

Notatu dignū cōtra Luthera nos.

Augustin? li. xxj. ca. vij. de ciui ta. dei. b.

Orig. lib. iij. in epistolam ad Romanos ca. iij.

Idē Origenes ca. eodem.

Sanct? Isidorus lib. ij. de summo bono. ca. xxvij. de sancto rum mira culis.

Supplicatio ante Crucifixum dicenda.

credẽtiũ infidelitate patrẽ Publij de ĩfirmitate febriũ virtutib⁹ curat: infirmitatẽ vero Thimothei fidelis nõ oratione, ſed medicinaliter, ſẽperat: vt noueris miracula pro incredulis, nõ ꝓ fidelibus fieri.

Decretum de imaginibus ĩ cõcilio niceę celebrato.

¶ Si animus non eſſet immortalis, nullum animal eſſet infelicius homine.

Nam Deus eſt quod imago docet, ſed non Deus ipſa.

Hanc teneas, ſed mente colas quod cernis in ipſa.

¶ Fortis deo ſumo, quem vniuerſi, tibi curæ eſt principium, atq; finis, per te vireſcunt omnia.

¶ Qui omnes mundi partes habitas generationis princeps.

Orphei carmĩa de Iouẽ appellat more poetarũ.

¶ Iouis perfectus oculus. Quoniã quęcũq; apud nos fiunt, fatũ, Iouiſq; mẽs per vniuerſum inſpicit omnia.

¶ Et in Apollinis hymno inquit Orpheus. Tu habens mundi terminos Tu ſphęrã totã cithara reſonãte cõtemperas.

¶ Idẽ Orpheꝰ. Oculus infinitus, Iupiter ſpẽs oĩm. velocẽ impetũ volutãs.

¶ Idẽ de diuina natura. Perpetuo cardine ſempiterna vita, immortaliſq; ꝓuidẽtia. Tu totũ cęlũ canora cithara temperas.

¶ Idẽ, oĩa intus inſpicis, oĩa intus audis, omniaq; diſtribuis.

¶ Idem

¶ Supplicatio ſingulis diebus ante crucifixũ dicenda.

DOmine mi & Deus mi Chriſte Ieſu tuã ſolã vſq; ad mortẽ profiteor fidẽ: & de tuis erga me bñficijs ĩmortales tibi ago gratias, & de mea aduerſus te ingratitudine veniã ſuppliciter peto: oroq;, vt tuo ꝓ me effuſo ſanguine mea oĩa deleas peccata, nullo mei perquã exigui doloris habito reſpectu, ſed amariſſimæ potius tuæ paſſionis quæ ſane mea ſcelera, mihi animo fixũ eſt, debite cõfiteri eo ꝓpoſito & quidẽ firmiſſimo mori malle, quãm mortaliter in poſterũ peccare: quod vt exequi poſſim, mihi cõcedas quæſo: & ſicut me ꝓpter teamẽ ꝓximũ: & quas hodie effundã preces, tibi gratæ futuræ ſint: & qcqd a ſpiritu corporeq; meo ꝓficiſcẽr, in laudẽ tuã ſemp fiat: hoc eñ ſ donec viuã] facere itẽdo: neq; ſane tñ ſpe ꝑmij, aut ſupplicij timore quãtũ tuæ gr̃iæ deſyderio: ꝓ qua oĩa tolerare oĩnovellẽ, etiã ſi ęterna mihi dãnatio reuelaretur: a qua bone Ieſu ſicut vniuerſalis ſaluator es, ita nos oẽs ſaluare velis, profunda intercedẽte humilitate matris tuæ, & aduocatæ dominæq; noſtræ virginis Mariæ. Amen.

¶ Carmina ex quãplurimis operibus ſumpta Chriſto optimo.

Salue Chriſte tuæ genitor filiq; parentis:
Cui neq; principium eſt, cui neq; finis erit.
Quicquid conſpicitur: nequeunt quæcunq; videri:
Numinis imperio facta fuere tui.
Impia tartarei freguiſti limina regni,
Paſſus ob humanum vulnera quina genus.
Quæ rogo ſic noſtras vrant ſine fine medullas,
Inq; tuam firment ſic mea corda fidem:
Vt mihi ſegnities, venus, ira, ſuperbia, liuor,
Cri men auaritiæ, diſpliceatq; gulæ.

¶ Domino Symphoriano Champegio ſacręt heologiæ ſummo interpreti, Ludouicus Landrianus Mediolanenſis S. P. D.

Orpheus dum dulces plectebat pollice chordas,
Fontes atq; feras ſæpe ſtitiſſe ferunt.
Hęc miranda quidem, noſtro ſed tempore longe
Maior ineſt virtus Symphoriane tibi.
Nõmodo tu volucres, hominẽs ſed ſiſtere cogis:
Doctrina hęc fiunt, ingenioq; tuo.
Quare opus incœptum te quæſo perfice: nomen
Certe ſic viuet ſæcula longa tuum.

¶ Finiunt vtiliſſima opera, & cedro dignißima cõſummatiſſimi viri Do. Symphoriani Champegij viri omniũ bonarũ artium callentiſſimi, in quæ ſummis laboribus, ad medicinæ ſtudẽtium vtilitatem, quãplurima ſcitu neceſſaria congeſta ſunt, Lugduni excuſa apud Ioannem Creſpin, alʒ du carre Anno publicæ ſalutis Milleſimo ccccxxxij. die. xij. menſis Aprilis.

Regeſtum.

a,b,c,d,e,f,g,h,i,k,l,m,n,o,A,B,C,D,E,F,G,
Omnes ſunt quaterniones.

V
R
S 206